

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LX**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXVIII PARS**

Ostpr. Fol., vol. 43, 44, 52, 1543-1544

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 4

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA

(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XXVII, Romae, 1954-1983

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs. 1960. (Archivum Capituli Trident.).
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabethae I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc., (A.D. 1603-1629), 8 tab., glossarium verb. ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars., Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214, doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., 1964.
- XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars., Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., 1965.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LX**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXVIII PARS**

Ostpr. Fol., vol. 43, 44, 52, 1543-1544

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 4

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKORŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

INDEX RERUM

Introductio	Pag.	VII
Abbrevationes	»	VIII
Textus	»	3
Elenchus epistularum	»	175
Index personarum et locorum	»	183

INTRODUCTIO

Duobus interim voluminibus documentorum ex archivo cardinalis Ioannis Morone in lucem editis (vol. LVIII et LIX), hoc LX volumine «Elementorum ad Fontium Editiones» continuamus publicationem epistularum, ab Alberto in Prussia duce ad reges et Proceres Poloniae et Lithuaniae annis 1543-1544 datarum, quarum exempla maximam partem in copiariis Tabularii Regiomontani (nunc Berolinum translati) descripta asservantur; nonnullae epistulae, in copiariis non descriptae, nonnisi in conceptis Cancellariae Ducalis conservatae sunt (HBA, B, K. 1165).

Ad maiorem earum partem brevissima tantum summaria (regesta) scribere satis esse duximus, cum quaestiones, de quibus in eis tractatur, eadem fere sint, quae antecedentibus annis etiam agitabantur.

Maximum illis duobus annis a duce Alberto scriptarum litterarum numerum Sigismundus I rex Poloniae obtinuit, dum ad Sigismundum Augustum, regem Poloniae iuniorem, quem dux nunc maiore cum frequentia per epistulas alloquitur, 19 litterae datae sunt. Ex Regni proceribus, primum locum, quoad acceptarum epistularum numerum, Andreas a Górka, castellanus Posnaniensis et Maioris Poloniae capitaneus generalis, obtinet. Samuel Maciejowski, episcopus Plocensis et Regni Poloniae vicecancellarius, necnon Ioannes Tarnowski, castellanus Cracoviensis et exercituum Regni capitaneus, 19 epistulas uterque acceperunt. Ad Iostum Ludovicum Decium, monetarum regiae praefectum, 18 epistulae datae sunt. Praeter hos nominatos permagna est varietas eorum, ad quos a duce Alberto vel (sed raro) ab uxore eius Dorothea et aliis litterae dabantur.

Luciano Olech, more iam solito, pro opera et studio in huius voluminis editione paranda adhibito, non vulgares agimus gratias.

C.L.

ABBREVIATIONES

El.	Elementa ad Fontium Editiones
M.D.L.	Magnus Ducatus Lithuaniae
R.P.	Regnum Poloniae

TEXTUS

1543

N. 2184

Brandenburgi, 10.I.1543.

Albertus dux in Prussia

*Iusto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
rogat, ut negotium abrogandi imperialis banni, ab Imperialis Camerae Iudicio contra se et subditos suos lati, regi commendet.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., ff. 147-148.

(Adest conc. Germanicum, HBA, B, K. 1164.)

N. 2185.

Brandenburgi, 12.I.1543.

Albertus dux in Prussia

*Iusto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
specialem nuntium suum mittit, qui de negotio abrogandi imperialis
banni eum certiore reddere debeat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., ff. 148-151.

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1164.)

N. 2186.

Brandenburgi, 13.I.1543.

Albertus dux in Prussia

*Stanislao Odrowąz, palatino Russiae,
litteras eius, 1.XII.1542 Cracoviae datas, per nobilem Stanislaum Domański
(Domansky) sibi allatas esse nuntiat; eundem Stanislaum Domański,
ab eo sibi commendatum, in numerum aulicorum suorum se libenter
adscivisse significat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 758.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 302-303.

Albertus dux in Prussia

Iusto Ludovico Decio, monetæ regiae præfecto, pro litteris gratias agit et de ægritudine eius dolet; diligentiam eius in promovendo doctoris Abrahami [Culvensis] negotio laudat idemque negotium iterum commendat; de verbi Dei in Polonia propagatione gaudet etc.

(Schedula: ad nuptias regis iunioris coelum serenum et omne bonum a Deo datum iri sperat).

Cfr. El. XLIX, N. 440.

Partim ed. Th. Wotschke, Abraham Culvensis, Beil. X, Altpreussische Monatsschrift, 1905.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 39-41v.

An Jobst Ludwigen, XIII^{ten} Januarii anno XLIII.

Unsern grus und genedigen willen zuvorn.

Edler, lieber, getrewer.

Nachdem bei uns ewer jungstes schreiben kommen^{a)}, gleich wie wir diesen unsern diner an euch haben fertigen wollen, als haben wir vor gut angesehen, alle lenge und wes auf dissimal keiner antwurt bedarf, sovil muglich abzuschneiden und an ime rhuen lassen, domit wir den bothen nicht vortzihen dorfen. Erstlich aber thun wir uns ewres itzigen schreibens in gnaden bedancken, und ist uns gantz mitleidlichen ewers leibes beschwerung, Gott bittende, als den einigen heilsamen artzt seelen und leibes, er wolle gnediglichen geruhen, euch zu guter gesuntheit zu vorhelfen, wie wir dan trostlicher zuvorsicht solchs aus seiner milden gute albereit beschehen sein, demnach auf unser vorigen uberantwurt schriften ewers bescheids gewertigk.

Hirneben haben wir gantz gerne vernommen, das ir des d. Abrahams sache so gantz vleissig und nicht onhe frucht bei der ko.mt. ausgericht. Weill es dan auf deme stehet, das noch ferner trosts zur sachen, begeren wir mit allen gnaden, ir wollet nach ewerm hohen von Gott vorlihenen vorstand in diesem handel noch hinfort das beste thuen, als der die bequemeste weis, zeit und mass zu treffen weis, damit dem guten man möchte gerathen werden. Das wirt er alles seines vermogens umb euch und die ewern vordinen. So beschicht uns doran zu sonderm gefallen. Er wirt auch nach ko.mt. willen diese ding in geburender geheimb halten, domit disfals nicht nachteil zu befarhen.

Wir seind auch mit euch enig und befunden, das nicht an allen orten mit ausbreitung gotliches worts und der straff in geistlichen und weltlichen dingen rechte mass gehalten. Welchs wir nicht loben können. Wollen aber den waren Gott bitten, er wolle allen predigern seins heiligen evangelii benedeiung und solchen geist geben, damit sie das allein seligmachende wort dermassen furen und dem volck furtragen, das es zur besserung gereicht, frucht bringe und in alle menschen christliche und rechte erkenntnis becrefftige.

Daneben ist uns in rechter warheit ein hertzliche frolockung dovon zu haus kommen, das wir vormerckt, der ware Gott also vil vleissiger zuhörer bei euch vorleyhet und das liebe wort zu predigen auch^{b)} die

hohen heupter mit angezeigter mass gestattet, zu dem, das wir vormerckt, die ko.mt. ire hohe weissheit als wol im heiligen gotlichen als andern heilssamen dingen mit sonderer bescheidenheit nemen lest. Der almechtige Gott wolle ire mt. als die er hoch begabt, gesunt erhalten, leithen und furen zu seinen preis und irer mt. zu ewigem rhum.

Die uberschickte oration, welche wir noch nicht eile halben lesen konnen und^{c)} ko.mt. zu Palan, unsers gnedigsten hern und freuntlichen, lieben oheims antwurth an den kunig zu Dennemarken^{d)} ¹⁾ haben wir empfangen. Sein desselben danckbar und wollen solcher antwurt an geburenden ort verschaffen.

Das es dem guthen Terlaw vermoge ewers schreibens ergangen, ist uns in warheit nicht lieb, dann wir des mannes wolfart vil lieber weder das widerspil jder zeit erfahren wolten. Es mus aber Gott ergeben sein, sowol die plage des sterbens, auch das gros ungluck, und so sich leider zu Ungern zugetragen, auch das noch teglich sovil leuth sterben, befaren wir nichts mehr schuld't dan unsere schwere sunde. Der herre vorleyhe und gebe besserung, christliche ware ru und einigkeit, mhre sein forcht und tugentliche sitten, so wirt heil volgen. Wo nicht, ist sich eines schweren falles zu befahren. Dan aller menschen macht allein werden dise sorgliche zeiten wider aushalten noch abwenden.

Und haben mit hertzlicher frolockung eingenommen, das ko.mt. sachen sich etwas gebessert. Woran es noch mangel't, das becreftige und ergentze der liebe Gott zu trost seiner ko.mt. haus, auch alle derselben vorwanthen, land und leuthen.

Das ir uns zugeschrieben, wie es sich mit der vorenderung der wiodschaften begeben, doran hab't ir uns zu sonderm gefallen gethan. Der Almechtige gebe diessen stenden allen seinen geist, leit und fure ire hertzen nach seinem heiligen willen, der loblichen Cron und allen vorwanthen zu heil. Weil sichs dan oft zutreget, das wir an dise stende, so itzt vorendert, schreiben müssen, begeren wir mit gnaden, ir wollet uns dieselben und anderer newen herschaften titel vorzeichent zuschicken, damit sich unser cantzley darnach zu richten.

Das bischofthumb von der Coyn wolle der Almechtige einem ime gefelligen hertzen zufugen, und wo es dem hern Sabotzken aus schickung Gottes wurde, horten wir gerne. Dan nicht anders ist er von uns erkant, weder wir jnen in ewerm schreiben abconterfeiet vorsehen, uns auch zu seiner person aller treu und guts halten an ime einem waren freunt und lobwirdigen prelaten nicht weith von der handt zu haben. Wollen auch Gott bitten helfen, er wolle ime die stelle zufugen. Diss haben wir euch auf ewer schreiben in eyl zur antwort nicht vorhalten wollen. Datum Brandenburgk, ut supra.

Commissio Principis ex relatione
Cunheimeri. Princeps audivit legere.

Cedula

Nachdem auch unter andern vormerckt, des zu bitthen, der liebe Gott wolle gut wether vorleyhen, damit die ko. hochzeit nicht zerstoret, wollen wir mit unserm sundigen gebet Gott von ganzen hertzen treulich anrufen, er wolle alle bose gewitter und anders, wes zu behinderung des

koniglichen kunftigen beilagers vorfallen mocht, abwenden und dargegen verleyhen, des, wes zu vortgangk, volstreckung und becreftung desselben furderlich und dinstlich sein mocht. Datum, ut in literis.

a) in margine.

b) *supra lineam pro expuncto*: euch

c) - d) in margine.

1) *Christianus III.*

N. 2188.

Zinten (Cinthen), 16.I.1543.

Albertus dux in Prussia

archiepiscopo Gnesnensi [Petro Gamrat]

rogat, ut in futuris Regni Comitiis negotium finium inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae determinandorum promoveat («ut nos regii feudi nomine cum ordinibus Magni Ducatus Lithuaniae de controversis finibus, vectigalibus et aliis in otio, pace et concordia vivere possimus»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 303-305.

N. 2189.

Zinten (Tzinthen), 17.I.1543.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro consolatione post obitum patris eius Lucae, episcopi Vladislaviensis, tanta gratiarum actione opus non fuisse, censet; pro «tam amica ac fraterna studii et officii pollicitatione» gratias agit maximas et eum fratris loco habere promittit; legatos suos et «iis iniuncta mandata» commendat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 760.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 305-307.

N. 2190.

Zinten (Tzinthen), 17.I.1543.

Albertus dux in Prussia

episcopo Samogitiae [Venceslao Wierzbicki]

felicem Annum Novum ei precatur; rogat, ut stabuli sui magistro, Valentino Wiesener, in coemendis aequo pretio — ad corporis sui usum — equis valachis seu cantheriis, «qui non nimia magnitudine, sed mediocri

corpore sint praediti», *auxilio sit.*
(*Latine*)
Cfr. *el. XXXVII*, N. 765.
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 308-309.

N. 2191.

Heiligenbeil (Siekierka), 25.I.1543.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Ioanne Policki, aulico ac servitore suo, a quodam praetenso creditore
Cracoviae in ius vocato, intercedit et rogat, ut dictum aulicum suum,
«qui praeter aequum accusatus atque molestatus sit, a temeraria
actione absolvere ac decernere dignetur, quo sumptus, expensas ac
id, quod interest, actor pendat ac restituat».
(*Latine*)
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 309-310.

N. 2192.

E Regio Monte, 25.I.1543.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,
pro novitatibus missis gratias agit; rogat, ut alia nova scribat et legatis suis,
ad Comitia Regni Cracoviam missis, adesse velit.
Cfr. *El. XLIII*, N. 17.
Ostpr. Fol., vol., 44, ff. 44-44v.

An Gabriel Terlaw, den XXV January.
Danck saget vor die zugeschicken newen zeitunge.
Unsern grus zuvorn.
Edeler und ernvhester, besonder lieber.

Aus ewerem schriftlichen besuchen spuren wir ewern zuneiglichen
willen, das yr uns wie zuvorn yhn alweg beschehen zu dienen gewogen,
des wir uns auch wegen mittheylung der newen zeitung gantz genediglichen
bedancken thun. Und wyrt die zeit, wes aus angezeigter handlung,
so sich zwuschen ko.mt., dem bapst¹⁾ und konige von Franckreich²⁾ auf
dem itzigen concilio begeben solle, mitprengen. Der liebe Gott wolle
allein, das alle dingk zu seynen ehren und gemeyner christenheit zum
besten gereiche, wenden.

Hirneben fugen wir euch yhn gnaden zu vornemen, das an uns gelanget,
als solt der Turck sich mit grosser macht und eynem newen volck,
als Wallachenn und Taternn off den fruling bezeiten nach der Schlesienn
zu rucken yhn rustung stehen. So ist unser genedigis begern, wess yr von
solchem erfharung bekhommen werdet, uns dasselb neben andern, so uns
zu wissen nutzlichen, guttwillig mittheylen, zudem euch unsere gesand-
then, die wir auf jtzigigen reichstage gen Krauckau abgefertiget, umb

unserntwillen bevolen sein lassen und inen auf yr ansuchen und wes es vonnoeten, mit gutther furdernuss, auf das unser handel sovil schleuni-ger vortgestellt (daran wir dan auch nicht zweyfelen) ersprisslich sein. Das alles seint wir hinwider gegen ewer person yhn allen gnaden zu erkennen geneyget. Datum Konigspersgk, den XXV Januarii.

1) *Paulus III.*

2) *Franciscus I.*

N. 2193

Heiligenbeil (Siekierka), 26.I.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, pro humanissima salutatione gratias agit; ea, quae litteris suis sibi significaverit, magno cum dolore se accepisse nuntiat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 761.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 310, 315-317.

N. 2194.

Heiligenbeil (Siekierka), 26.I.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, ad litteras eius, quibus de perturbato reipublicae statu querebatur et consilium suum exposcebat, respondet.

Cfr. El. XXXVI, N. 761.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 311-313.

Domino Ioanni Comiti in Tharnow, XXVI Ianuarii anno 1543.

Nam licet quid in nobis esset eiusmodi, quod nos equidem ignoramus, quod una cum Vestra Illustritate et caeteris, fideliter ac bene consultum Serenissimis Regibus cupientibus, necnon de Republica bene sentientibus ac cum consilio tum re bene mereri studentibus, pro officio, fide, arctissima quoque cognatione ac necessitudine summa cum voluntate praesentes absentes praestandum nihilque praetermittendum putaremus, verumtamen quo pacto nos pro nostri consilii inopia, cui nullae consilii dandi partes (non habita ratione datae fidei aut consanguinitatis, quibus nos Reipublicae et Regiae Maiestati devincti sumus) committuntur, consilio fideli ac opera prodesse possimus, Vestra Illustritas secum reputare velit. Verum illud nos magnopere consolatur, quod Vestra Illustritas, quae in Senatu summum locum cum autoritate coniunctum obtinet, illis resistit, speramus divina freti clementia Vestram Illustritatem, pro sua singulari divinitusque data sapientia et existimatione et officiis erga Regiam Maiestatem et Coronam summis, multum sua opera, cura et autoritate perfecturam. Quo maiore fiducia nos Deum Optimum Maximum assiduis precibus orabimus, ut his rebus prosperum successum largiri dignetur.

Et quanquam omnia tam recte et feliciter, quam Vestra Illustritas et cupit et res ipsa postulat, non procedunt, quemadmodum literae significare videntur, quod nobis sane non exiguum adfert dolorem, considerantibus nullam Rempublicam unquam constitisse ac floruisse, ubi prudentium senum et peritorum prudenter excogitata consilia et iudicia neglecta ac non acceptata sunt, quare Vestra Illustritas tam veterum quam recentium historiarum memoria, tum etiam ipsa experientia se consolari velit, id ita omnibus temporibus summis ac prudentissimis hominibus accidisse, atque tandem, si non antea^{a)}, tamen accepto damno^{b)} sensisse ac prudentum consiliis obtemperasse. Quod ne hic accidat, neve Vestra Illustritas istum animum, benevolentiam ac opem intermitat, ex animo et summa cum fiducia ad Deum clamabimus atque supplicabimus. Procul dubio omnipotens Deus Vestrae Illustritatis eiusque fidorum dominorum ac amicorum indefessam studiorum ac officiorum assiduitatem fortunabit promovebitque et sedulum laborem insigni foecunditate donabit proque tantis officiis benignus remunerator erit.

a) - b) *in margine.*

N. 2195.

Heiligenbeil (Siekierka), 26.I.1543.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Odrowąz, palatino Russiae,

regem iuniorem clementissimo in eum esse animo se audivisse nuntiat et rogat, ut se etiam eidem regi ita commendare velit, quo et ipse regiam eius clementiam et amicam voluntatem sentire queat; novitates sibi perscribi petit.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 762.

Ostpr. Fol., vol. 52, f. 314.

N. 2196.

Heiligenbeil (Siekierka), 26.I.1543.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Odrowąz, palatino Russiae,

felix Novi Anni initium ei exoptat; negotia sua in proxime futuris Regni Comitibus commendat; secretam nuntii eius relationem se etiam «ut rem arcanam» habiturum promittit; argentum sibi transmitti petit; in negotio pecuniae mutuo dandae se ei gratificaturum esse nuntiat; Ioannem Tarnowski laudat; negotium regundorum finium commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 318-323.

Heiligenbeil (Siekierka), 26.I.1543.

*Albertus dux in Prussia,
Iosto Ludovico Decio, monetæ regiae præfecto,
pro missis novitatibus: de periculo Turcico et de legatis regiis, ad electores
et principes Germaniæ missis (ut eos ad nuptias regis iunioris voca-
rent), gratias agit.*

Cfr. El. XLIX, N. 441.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 41v.-43v.

An Jobst Ludwig, den XXVI Januar.

Unsern gunstigen grus und gnedigen willen zuvorn.

Edler, lieber, getreuer.

Wir haben nummehr kurz aufeinander zwey schreiben von euch bekommen, dieselben ires inhalts, denn wir zu erwidern eurer person, die ohne das von vielen gescheften beheufet, damit zu vorschonem fur unnottig achten, noch notturft allenthalben lesende eingenommen. Nun fugen wir euch erstlichen in gnaden zu vornehmen, das wir euere schriften vor diesen an uns von euch ausgangen, erlangt und alsbald darauf unserer vorwaneten diener an euch mit unserem brief abgefertigt. Vorhofflichen ehr hab euch noch anheims getroffen, und seyn bey demselben von euch allerley vorstendigt zu werden gewertick. Wunschen euch aber zu eur vorhabenden rais gluck und heil vorsehenlichen, ir habt numehr solliche mit gluckselickeith vollendet.

Wie ir ferner meldet, das der landtack zu Crackaw seinen vortgang haben solle und wir zum selben ungetzweifelth aus notwendigem bedencen die unsern auch senden werden, als geben wir euch gnediglichen zu erkennen, dass die unsern algereith, wiewol allerley furgefallen, und unss beykommen. Dardurch, das der reichstagk etwass in vorlengerung gerai-chen solt, zu vormuten, auf dem wege nach Crackaw seyn, unsern vorhoffens euch vor der handt zu finden, auf das sie sich mit euch in unsern hendeln, unserm gnedigen vortrauen nach, zu untherreden und umb also-vyel dest bas raths darin zu erholen haben, auf das man sich dermassen in die hendel gegen dem bewusten orth zu schicken, damit die sachen uberall vormittelst gotlicher genaden gantz pleiben und fridliche, gutte nachparschaft gestift werden mocht, darob in uns dann zu sonderem dancknemenden gefallen erzaigt in wircklichen genaden widderumb zu erkennen.

Die mittheilung der neuen zeitung ist uns gantz angenehm gewesen. Und nachdem vormerckt wirdt, dass sich der Turck mitt grosser macht ruste auf den fruling bezeiten anzuziehen und dass ehr ein sonder volck mit Tattern und Wallachen durch die Schlesien zu sendenn vast drauen solle, ist erschrocklichen zu horen, auch zu erbarmen, das sich die hohen heupter und potentaten der christenheit nicht anderer gestalt weder noch zur zeit vormerckt gegen deme ernsten, grausamen chrystlichs namens vinde schicken und rusten thun, gnediglichen begerendt, uns, wes man sich doch des ort dagegen, in anmerckung solcher vor auge unschwebender gefערlichkeit zum widderstanth understehet und vorher zu vorstendigen. Dann wir befaren uns gemeine christenheit, dafur der liebe Goth mit

gnaden sein wolle, werde umb unserer grossen sunden und undanckparkeit willen eynen grossen fhal erleiden müssen. Und haben mit erfreiten gemuth angehört, das die bothen ro.kay.mt.¹⁾ sampt andern chur und fursten, in eurem schreiben manhaftigk gemacht, zu junger koniglicher mt., unsers genedigen, geliebten herren und ohemis hochzeitlichen freuden zu bieten vorrytten sein. Der Almechtig geruche aus milder seyner gutte den handel dohin genedlichen zu richten, damit es zu Gottes ehre gantzem loblichem ko. hause sampt der Cron und aller derselben vorwandten und zubehörigen zu wolfart, aufwachs und gedey, auch freuden gelangen moge.

Wes das cleine brieflein der bewusten hantschrift anlangt, vormerken wir daraus einen sondern geneigten, des wir zum hochsten danckbar seyn, gutten willen.

Und nachdem an uns gelangt, wie ir mit schwachheit an euer alten krankheit beladen, als tragen wyr mit euch ein genedigs mitleiden, den ewigen, guttigen Goth bittende, ehr wolle solche euere beschwerung widerumb zur pesserung wenden, euch auch in langkwiryger gesuntheit erhalten. Welche wyr euch, dem wir mit sondern gnaden gewogen, auf eur schriften hinwider in antwort genediglich vormelden wolten. Datum in unser stath Heiligenpeil, den XXVI Januarii 1543.

Erhardus H. secretarius.

1) Carolus V.

N. 2198.

Liebstadt (Miłakowo), 1.II.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, de «molestiis et incommodis» in regno Poloniae exorientibus dolet; negotium duorum consulum Gedanensium, a rege, «non expressa ulla accusationis causa» Cracoviam citatorum, commendat.

Cfr. El. XXXVII, N. 766.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 329-331.

Domino Ioanni Comiti a Tharnau, 1 Februarii.

Illustris^{a)}, Magnifice ac Generose, Affinis, Frater et Amice perchare.

Perfetur ad nos non paucorum sermone in amplissimo Poloniae Regno omnis generis molestias et incommoda accidere et exoriri, quae magis ad labefactandum quam amplificandum Regnum spectare videntur. Unde nos, ut insitum et incorporatum amplissimo Regno Poloniae membrum, non mediocrem dolorem percepimus animumque nostrum ea cura^{b)} magnopere afficit ac perturbat. Atque etiam tanto magis ea sollicitudo ingravescit et accumulatur, quod nobis non mediocres motus in his oris et regia Prussiae parte timendos nuntietur adeo, ut verendum sit, si mutatione consiliorum opportuna remedia inventa non fuerint, nimirum multa incommoda Regiae Maiestati, necnon amplissimo Regno Poloniae hinc existere posse. Aiunt enim Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et avunculum charissimum, ex Gedanensibus Consulibus duos, non expressa ulla accusationis causa, Cracoviam citas-

se. Qua de causa tota civitas magnopere commota est et passim rumor est citationem istam magis ex concepto quodam odio, quam ulla iusta causa proficisci. Unde non parva discrimina variaequae incommoditates exoriri possent. De quibus omnibus cum Vestra Illustritate coram agere, quam literis ista concedere malle. Quod quoniam non datur, et ea, quam debemus, Regno Poloniae fides nos monet ac cogit, ne haec prorsus celaremus ac tacentes dissimularemus, petimus amico ac fraterno studio, Vestra Illustritas cum omnibus, tum his temporibus, etiam harum regionum statu satis consideratis, consilio et opera iuvare velit, quo hae res commodioribus rationibus agantur et plura et maiora incommoda, quae inde emanare possint, praecaveantur simulque pax, amicitia, concordia, fidelis benevolentia, animorum consensio ac coniunctio statuatur et conserventur. Qua in re quod nos pro virili nostra facere et possumus et debemus, ductu Vestrae Illustritatis officium nostrum sedulo faciemus et tales praestabimus, ut appareat nos omnia illa, quae in rem amplissimi Regni fuerint, fideliter, diligenter et libenter promota cupere ac velle. His Vestram Illustritatem Christo commendamus, eam ad Nestoreos usque annos felicissime vivere optantes. Datae Liebstat, ut supra.

Eodem modo ad Episcopum Plocensem,
Dominum Samuelem, et Comitem de Gorckaw
mutatis mutandis scriptum est.
Commissio Principis ex relatione Cancellarii.

- a) in margine.
- b) in margine.

N. 2199.

Liebstat (Milakowo), 1.II.1543.

Albertus dux in Prussia
Stanislaw Odrowąz, palatino Russiae,
ad Ioannem Tarnowski se quaedam breviter perscripsisse nuntiat et rogat,
ut ea, si ei communicata fuerint, promovere velit; nova sibi mitti petit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 331-332.

N. 2200.

Morąg (Morungen), 11.II.1543.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
pro Michaele Georgii [Richter], iudice Caunensi, intercedit et rogat, ut
eum «contra adversariorum accusationes, vim atque omnem iniuriam,
defendere ac tueri dignetur».
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 323-325.

N. 2201.

[Morąg], 11.II.1543.

Albertus dux in Prussia
Severino Boner, castellano Biecensi,
pro Michaelae Georgii Richter, ab inimicis vexato, intercedit et rogat, ut cau-
sam eius regi iuniori commendet.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 44v-45.

N. 2202.

Morąg (Morungen), 12.II.1543.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
ad litteras regis, quibus pro Georgio Gelewalt, suo nondum manumisso sub-
dito, intercedebat, respondet et explicat, cur eiusmodi regiae interces-
sioni morem gerere non potuerit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 332-335.

N. 2203.

Morąg (Morungen), 12.II.1543.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Odrowąz, palatino Russiae,
Christophorum Haubitzium (Haubitz), nobilem adolescentem, subditum
suum, ad eum mittit et rogat, ut eum in servorum suorum numerum
recipere velit, quo «linguam Polonicam (quae propter vicinitatem ante
alias nostris hominibus scitu utilis putatur) perdiscat, necnon ad
bonos ac compositos mores adsuefieri atque clarissimorum virorum
imitatione ac prudentia melior reddi possit».
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 325-326.

N. 2204.

Morąg (Morungen), 12.II.1543.

Dorothea dux in Prussia
Stanislao Odrowąz, palatino Russiae,
adolescentem Christophorum Haubitzium (Haubitz), litterarum exhibito-
rem, honestis et bonis parentibus natum, suum per aliquot annos servitorem,
commendat et rogat, ut eum numero famulorum suorum cooptare velit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 326-327.

N. 2205.

Morąg (Morungen), 12.II.1543.

Dorothea dux in Prussia
Annae duci Masoviae, Stanislai Odrowąz coniugi,
per Christophorum Haubitz, nobilem adolescentem, eam salutat et orat,
ut eundem puerum suo quoque nomine quam diligentissime sibi com-
mendatum habere velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 328-329.

N. 2206.

E Regio Monte, 24.II.1543.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
rogat ut regem et Regni thesaurarium [Spytconem Tarnowski] admoneat
annui sui stipendii (4000 florenorum) saltem ad nuptias regis iunioris
persolvendi (sed «jhe ehr, jhe besser»).

(Germanice)

Cfr. El. XLIX, NN. 444, 445.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 45-45v.

N. 2207.

Ostróda (Osterode), 12.III.1543.

Albertus dux in Prussia
castellano Marienburgensi
pro relicta Pauli Saminsky vidua intercedit et rogat, ut ei pecunia a lanio
quodam Marienburgensi pro bobus debita et a castellano arrestata resti-
tuatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 335-336.

N. 2208.

Ostróda (Osterode), 13.III.1543.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Vincentio Anhalt, cive Gedanensi, subdito regio, cui a ministro quodam
suo, Henrico Hanckow, duplex iniuria fit eo, quod non solum bona
quaedam sua ab eo detinentur, sed etiam famam et existimationem eius
violare conatur, intercedit et rogat, ut rex negotium eius Samueli Macie-
jowski et Stanislao Hosio ac aliis quibusdam iudicibus committere ac
demandare velit, quo dictus Vincentius Anhalt id, quod iustum est, tan-
dem adipisci possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 336-338.

N. 2209.

Ostróda (Osterode), 13.III.1543.

Albertus dux in Prussia

*Samueli Maciejowski, episcopo Plocensi, R.P. vicecancellario,
negotium Vincentii Anhalt, civis Gedanensis, cui cum ministro suo, Hen-
rico Hanckow, «non tantum de bonis quibusdam, sed etiam de fama
et existimatione» controversia est, commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 338-339.

N. 2210

Ostróda (Osterode), 13.III.1543.

Albertus dux in Prussia

*Stanislao Hosio, canonico Cracoviensi,
pro Vincentio Anhalt, cive Gedanensi, contra Henricum Hanckow, mini-
strum eius.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 339-340.

N. 2211.

Ostróda (Osterode), 14.III.1543.

Albertus dux in Prussia

*Iosto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
operam eius expetit in negotio Vincentii Anhalt, civis Gedanensis, cui ser-
vitor eius non solum bona furto abstulit, sed etiam bonam eius famam
proscindit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 45v-46.

N. 2212.

Ostróda (Osterode), 15.III.1543.

Albertus dux in Prussia

Gabriel Rokicki

*pro Stasky (Staszko?) de Seeren, molitore, subdito suo, intercedit et rogat, ut
rates arrestatas ei restituat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 340-341.

N. 2213.

Ostróda (Osterode), 17.III.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Szymanowski (Simonowski)

rogat, ut sibi et comitibus suis, ad nuptias regis iunioris Cracoviam proficiscentibus, in oppidis Wyszogród, Sochaczew, Skierniewice, Ujazd, Wolbórz (in ms. Wischerat, Zoczetz, Qwirawitz, Ugiast, Walporst) cibum, potum et alia ad victum necessaria, equis autem quadringentis pabulum, avenam, stramina et faenum praeparare et in promptu habere velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 341-343.

N. 2214.

E Regio Monte, 25.III.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, de nuptiis regis Poloniae iunioris tandem constitutis gaudet et gratulatur; gratum sibi fuisse nuntiat, «quod res monetaria ad communem deliberationem redacta sit».

Cfr. El. XXXVII, N.768.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 46-47v).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 343-347

Domino Ioanni Comiti a Tharnaw; belangende di muntz, 25 Marcii.

Vestrae Illustritatis expectatissimas literas, Cracoviae X Marcii datas, accepimus, perlegimus ac intelleximus atque incredibili laetitia affecti sumus Vestram Illustritatem eam de nobis persuasionem habere, quod utramque, et secundam et adversam Regiae Maiestatis inclytique Regni Poloniae fortunam, nostram esse iudicemus communemque cum iis esse statuamus. Nam Vestram Illustritatem id indubitanter nobis credere cupimus, Regiae Maiestatis amplissimique Regni utrumque, tum prosperum, tum infelicem statum, tantopere nos attingere ac permovere, ac si nostra res ageretur. Cuius pericula si quo modo, consilio et auxilio nostro pro nostris viribus praecavere possimus, profecto pro debita ac perpetua fide nostra in nobis nihil quisquam desideraret. De qua re cum Vestra Illustritate coram colloqui, si copia esset, quam hoc periculosissimo saeculo literis, quae intercipi possunt, ista committere mallems. Quod Vestra Illustritas tam amice et fraterne nobiscum communicat

nosque consilio iuvat, gratias agimus ei maximas. In primis autem Deum, omnipotentem Patrem, laudare non desistemus, qui Vestrae Illustritatis et aliorum bonorum virorum salubri consilio et cohortationi suam largam benedictionem adhibuit tantumque promotum voluit, quo tandem Regiae Maiestatis, Domini Sigismundi Augusti, Domini nostri clementissimi, nuptialis solemnitas successum sortiretur. Unde procul dubio in primis Regiae Maiestati inclytoque Regno, Vestrae Illustritati omnibusque aliis, qui consulendo hoc negotium promoverunt, sempiterna gloria et innumerabilia commoda existent ac proficiscentur. Neque satis mirari possumus fuisse homines, qui hoc pium et memorandum incoeptum impedire conati sint, nec satis nobiscum, quid illis sententiae, diiudicare possumus. Nos autem vestrae prudentissimae ac pulcherrimae sententiae assentimur, ex impediendo plus periculi quam salutis ne manaret, verendum fuisse. Laus et gloria Deo omnipotenti in saecula saeculorum, qui malum hoc avertit, isque ut suum incoeptum opus perficere, benedicere omniaque ad aeternam et temporariam salutem dirigere velit, quo inde eius nomen glorificetur, indesinenter orabimus.

Porro, quod res monetaria ad communem deliberationem redacta sit, auditu nobis est gratum, sperantes ac confidentes Regiam Maiestatem simul cum Illustritate Vestra caeterisque sapientissimis ac gravissimis amplissimi Regni Poloniae ordinibus id consilii capturos ac statuturos, ne nostris privilegiis quid derogetur. Et quoniam inter alia Vestra Illustritas significat, quasi Regia Maiestas ad suas de re monetaria literas responsum a nobis non accepisset, requisivimus omnia ea de re ad nos Regiae Maiestatis scripta, in quibus nullum inventum, quod responso vacaret. Postremi autem scripti nostrique ad hoc responsi exemplum his literis inclusum Vestrae Illustritati legendum transmittimus.

Quin etiam, si ullum apud nos extitisset, quod inscientibus nobis praeteritum repertumque fuisset, sine ulla mora respondere haudquaquam intermissemus. Nec enim obliti sumus huius negotii, imo nostris consiliariis etiam illa mandata dedimus, ut si in re monetaria sententia nostra ab eis exquireretur, eam nostro nomine referre et exponere possent. De quibus ea nobis indubitata spes est, si quid huius ab eis quaesitum fuerit, iniunctis a nobis mandatis consentaneum responsum daturi sint. Nam nos negotium hoc urgere minime necessarium visum est, praesertim cum nihil aliud adferremus, nisi quod iam antea crebris scriptis aliquoties iam protulimus, videlicet nos nostris longo tempore observatis et usurpatis iuribus, quae privilegiorum et transactionum robore firmata sunt, fretos ac confisos fuisse, eorum auctoritate adhuc uti ac confidere, Deum omnipotentem, Regiam Maiestatem et omnes ordines obtestantes, quo haec omnia, ut convenit et aequum est, reputent idque decernant, quod nostris privilegiis et aliis immunitatibus, quae nos non a Regia Maiestate accepimus, sed ad Regiam Maiestatem amplissimumque Regnum nobiscum attulimus, nihil deroget. Cui rei ut Vestra Illustritas amicus adiutor et studiosus autor esse velit, amico ac fraterno studio petimus, etiam nostros consiliarios consilio iuvare, uti nostra ipsis data mandata ita exponant, ut Regiae Maiestatis animus, etiam ordinum amplissimorum voluntates non offendantur nihilque nobis, privilegiis et regalibus nostris detrahatur. Id nos erga Illustritatem Vestram summo studio ac omni officiorum generi promereri enitemur. Quam Christo, Servatori nostro, commendamus, eam bellissime valere ac felicissime ad annos usque Nestoreos vitam perducere optantes. Datae Regiomonte, ut supra.

N. 2215

E Regio Monte, 25.III.1543.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, negotia sua, praesertim autem rem monetariam, commendat et rogat, ut consiliarios suos consilio iuvare velit, «quo ita rem agant, ne Regiae Maiestatis animus offendatur aut amplissimorum ordinum voluntates alienentur aut laedantur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 347-348.

N. 2216.

E Regio Monte, 25.III.1543.

Dorothea dux in Prussia

Stanislao Odrowąz, palatino Russiae, agit gratias, quod petitione et intercessione sua motus puerum Christophorum Haubitz in numerum servitorum suorum recipere voluerit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 350-351.

N. 2217

E Regio Monte, 26.III.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

litteras regis Daniae regi Poloniae inscriptas transmittit; Livonienses exercitum in Germania conscribere, in Livoniam transportandum, significat.

Cfr. El. XXX, N. 259.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 351-353.

Ad Regem Poloniae, XXVI Marcii.

Serenissime Rex, Domine Clementissime etc.

Serenissimus Danorum Rex¹⁾, sobrinus, affinis et frater mihi percharus, adiunctas hisce literas, ad Regiam Vestram Maiestatem inscriptas et obsignatas, ad me misit petens, ut cum mihi sit crebrior nuntii copia, eas porro ad Regiam Vestram Maiestatem hinc transmitterem. Quod cum eius Regiae Celsitudinis petitione adductus, tum mea sponte libenter et sedulo facio easque his literis annexas ad Regiam Vestram Maiestatem transmitto. Nam utrisque et Vestrae Regiae Maiestati debita illiusque Regiae Dignitati fraterna ac amica officia praestare et debeo et paratus sum.

Ad haec Regiam Vestram Maiestatem pro debita et obligata illa mea fide haudquaquam caelandam puto, eundem inclytum Regem Daniae per

puerum meum, quem ad eius Regiam Celsitudinem miseram, me certior fecisse, quod a Livoniensibus exercitus equitum et peditum in illis oris Germaniae colligatur ac conscribatur Lubecaeque locum delectui habendo esse constitutum atque inde in Livoniam transportandum. Haec cum ita certa nuntientur et ita esse appareat atque inter Vestrae Regiae Maiestatis Magnum Ducatum Lithuaniae et Livonienses de finibus controversia sit, ab illisque auditum aut fines tueri velle, aut sanguinem et vitam in discrimen adducere paratos fore, quare Vestrae Regiae Maiestati, quae praeter alios consilio, prudentia et prospicientia rerum imminuentium valet et eminet, iudicandum relinquo, anne ideo illae equitum peditumque copiae a Livoniensibus conscribantur, quo illarum opera contra Magnum Lithuaniae Ducatum utantur. Quod ut rem suspicionis plenam Vestrae Regiae Maiestati patefaciendam existimavi, quo haec ab ea eo melius ac diligentius prospiciantur ac praecaveantur. Cuius commoda et bona promovere incommodaque ac mala impedire ac tardare, pro debita mea fide obligatus adstrictusque esse et debeo et volo, eam bellissime valere ac felicissime ad annos usque Nestoreos vitam producere optans. Datae e Regio Monte, ut supra.

1) *Christianus III.*

N. 2218.

E Regio Monte, 27.III.1543.

Dorothea dux in Prussia

Annae duci Masoviae, Stanislai Odrowąz coniugi, pro «litteris suavissimis» ad se datis et pro Christophoro Haubitz in numerum servitorum et aulicorum eius cooptato gratias agit, nec dubitat, «quin rudis adhuc puer in praeclarissima familia versans sine negotio linguam Polonicam addiscat optimisque moribus... imbuatur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 348-349.

N. 2219.

E Regio Monte, s.d., 1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

Ioannem Rauter, Andream a Wilmesdorff, Christianum Entfelder ac Laurentium Mewhes (Mewchs), consiliarios suos, negotiis suis arduis ita postulantibus ad regem mittit et rogat, ut eos benigne audiat, exaudiat et plenam fidem adhibeat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 353-354.

N. 2220.

E Regio Monte, s.d., 1543.

Ordines et civitates Ducatus Prussiae

Sigismundo I regi Poloniae

*litterae credentiales, Ioanni Rautter, Andreae a Wilmesdorff, Christiano
Entfelder et Laurentio Mewhes, ad regem missis, datae.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 355-356.

N. 2221.

E Regio Monte, s.d., 1543.

Albertus dux in Prussia et ordines Ducatus Prussiae

Sigismundo I regi et ordinibus Regni Poloniae

*litterae credentiales, Ioanni Rautter, Andreae a Wilmesdorff, Christiano
Entfelder et Laurentio Mewhes, ad eos missis, datae.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 358-360.

N. 2222.

E Regio Monte, s.d., 1543.

Albertus dux in Prussia

aliquibus proceribus Regni Poloniae

*litterae credentiales, Ioanni a Wilmesdorff, Christiano Entfelder et Laurentio
Mewhes, consiliariis suis ad eos missis, datae.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 360-361.

N. 2223.

E Regio Monte, s.d., 1543.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

*litterae credentiales, Ioanni Rautter, Andreae a Wilmesdorff, Christiano
Entfelder et Laurentio Mewhes datae.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 361-362.

N. 2224.

E Regio Monte, s.d., 1543.

*Ordines et civitates Ducatus Prussiae
statibus et ordinibus Regni Poloniae
litterae credentiales, Ioanni Rautter, Andreae a Wilmesdorff, Christiano
Entfelder et Laurentio Mewhes datae.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 362-364.

N. 2225.

E Regio Monte, s.d., 1543.

*Albertus dux in Prussia
«Illustri Poloniae Regni Senatui Cracoviae congregato»
litterae credentiales, Ioanni Rautter, Andreae a Wilmesdorff, Christiano
Entfelder et Laurentio Mewhes, consiliariis et legatis suis, datae.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 364-365.

N. 2226.

E Regio Monte, s.d., 1543.

*Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Plocensi, R.P. vicecancellario,
litterae credentiales, Ioanni Rautter, Andreae a Wilmesdorff, Christiano
Entfelder et Laurentio Mewhes, consiliariis suis, datae.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 365-366.

N. 2227.

E Regio Monte, s.d., 1543.

*Ordines et civitates Ducatus Prussiae
Stanislao Odrowąz, palatino Russiae,
litterae credentiales, Ioanni Rautter, Andreae a Wilmesdorff, Christiano
Entfelder et Laurentio Mewhes, «ex medio» eorum datae.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 367-368.

N. 2228.

E Regio Monte, 28.III.1543.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio et (mutatis mutandis) Gabrieli Tarlo

Antonium Lehwalt (Lebalt), coquinae suae magistrum, ad hospitium paranda et res ad victum necessarias coemendas Cracoviam missum, commendat et rogat, ut ei in hoc munere obeundo adesse velit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 47v-48.

N. 2229.

E Regio Monte, 10.IV.1543.

Albertus dux in Prussia

ad usum R.P. thesaurarii

quietantia de annuo suo stipendio (4000 aureorum), sibi a Spytcone Tarnowski, R.P. thesaurario, rite persoluto.

(Germanice)

Conc. Germanicum, HBA, B, K. 1164.

N. 2230.

Neidenburgi, 16.IV.1543.

Albertus dux in Prussia

Petro Kopytowski (Capitowsky), capitaneo Wyszogrodensi,

rogat, ut sibi, «ad regiarum nuptiarum celebritatem» Cracoviam iter facienti et 20 Aprilis die in oppidum Wyszogród (Wischegradium) adventuro, pro parata pecunia necessarius victus subministretur et navigia, «non tantum, quae Wischegradi iam adsunt, sed etiam ex vicinis locis tot adducantur advehanturque, quibus uno die equi circiter 400 currusque 50 Vistulam transportari ac transvehi possint».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 368-369.

N. 2231.

Przedbórz, 26.I.1543.

Albertus dux in Prussia

Friderico duci Slesvicensi

pro litteris suavissimis et elegantibus ad se datis et pro patris titulo gratias agit; hortatur eum, «ut suum divinum ingenium bonarum literarum cultura exornare et excolere pergat»..., «nam alia quidem fortunae casibus obnoxia sunt fere omnia, at literae nec igne comburi, nec aqua submergi, neque a furibus auferri aut a latronibus eripi possunt».

(Latine)

Ostpr., Fol., vol. 52, ff. 369-372.

Cracoviae, 23.V.1543.

*Albertus dux in Prussia**Isabellae reginae Hungariae**se apud regem Poloniae, patrem eius, operam suam pro ea interposuisse nuntiat.**Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 372-374.*

Ad Reginam Isabellam, XXIII Maii.

Serenissima Regina.

Binas Regiae Vestrae Maiestatis literas accepimus, utrasque credentiales, priores Reverendus Praepositus ecclesiae Albensis¹⁾, alteras Generosus Ioannes Liessetzky attulit, proque tam amica ac benevola voluntate gratias agimus maximas et habituri semper sumus. Prior autem legatus, Praepositus scilicet^{a)}, ea mandata ad nos habuit, quod apud Serenissimum Regem Poloniae instarem, ut Regia eius Maiestas, pater charissimus Vestrae Regiae Maiestatis, calamitatis ac infortunii rationem habere eamque viam et modum inire ac quaerere vellet, quo Vestra Regia Maiestas, ex istis tantis periculis erepta, ad otium et quietem pervenire possit.

Ad haec idem Dominus Praepositus, prior legatus, nomine Vestrae Maiestatis petit, apud Regiam Maiestatem Poloniae instandum, quo Regia Maiestas apud Regiam Romanorum Maiestatem²⁾ summam operam dare velit, quo eam^{b)} Regni partem, quam nunc obtinet, pacifice et quiete retinere queat, donec Vestrae^{c)} Regiae Maiestati id, quod auctoritate ac in vigore conventionum ac transactione ad ipsam eiusque Serenissimum^{d)} filium³⁾ pertinet, tradatur concedaturque. Alter legatus nomine Vestrae Maiestatis retulit, quo Regiam eius Maiestatem rogaremus, quo Regia Maiestas Vestra in alium locum eumque tutum, securum et quietum et a metu Turcico magis vacuum^{e)} perduceretur. Quae Vestrae Regiae Maiestatis pericula tanto nobis dolori fuere, id quod Christum Servatorem ac Dominum testamur, pro arctissima sanguinis coniunctione et amico et candido erga eam affectu, ut magnopere nos affecerint et fere exanimarint. Quam rem aliter se habere et videre et pro nostra virili summopere in melius constitutam ex animo optaremus ac cuperemus. Id quoniam nostrae opis ac virium nostrarum non est efficere, nomine Vestrae Regiae Maiestatis pro summa erga eam necessitudine ac pietate supplici prece ad Regiam Maiestatem accessimus rogantes, quo Regia Maiestas, ut pater clementissimus Vestrae Regiae Maiestatis, filiae charissimae calamitate ac adversa fortuna moveri eiusque^{f)} causam et patrocinium suscipere ac clementi et paterno animo in omnibus, quae Vestra Regia Maiestas postulat, adiuvari velit. Cuius Regia Maiestas non solum dolore ac luctu maximo propter Vestrae Maiestatis adversam fortunam afficitur, verum etiam pollicita est se, paterno animo ac affectu adductam, omnia, quae ad eius salutem, incolumitatem et liberationem pertinent, paterna clementia et debita^{g)} pietate facturam. Et quamquam nihil Suae Regiae Maiestati iucundius aut gratius accidere posset, quam Vestram Regiam Maiestatem voti compotem fieri, attamen multa et varia succurrunt, verendum esse, ne quo maxime consultum putet eius

Regia Maiestas Vestrae Regiae Maiestatis commodis, id maxime officiat eius rationibus. Verum utut ista fortunae inconstantia caderet, attamen Regia Maiestas constituit et delegit ad Romanam Regiam Maiestatem aliosque complures legatos suos mittendos, ac quicquid Regiae Vestrae Maiestati prodesse queat, paterno affectu ac pia voluntate facere et promovere pollicita est. Hoc animo et voluntate cum Regia Maiestas sit, nos a Deo Optimo Maximo rogabimus et certa fiducia persuasum nobis habebimus, quod Regia Maiestas, ut parens pius, una cum inclytis ordinibus Regni Poloniae eas rationes investigabunt et invenient, quo Vestrae Regiae Maiestatis desyderio satisfiat. Quam ad rem si nos, pro nostris viribus et facultatibus, consilium dare, re iuvare et prodesse possimus, id nos fideliter facturos et praestituros pollicemur. In primis autem his periculosissimis et difficillimis temporibus et in tanto discrimine Vestram Regiam Maiestatem et Serenissimum eius filiolum Christo, Servatori, Protectori et Defensori nostro, commendamus, eam ut ab omni malo incolumem una cum Serenissimo filiolo conservet et ab omni adversa fortuna liberet, optabimus et indesinenter orabimus. Datae Cracoviae, ut supra.

Ioachimus.

a) *in margine pro expuncto*: salutet

b) *in margine*

c) *sequitur expunctum*: Vestrae

d) *in ms*: serenissimam

e) *pro expuncto*: nec non

f) *sequitur expunctum*: et

g) *in margine*

1) *Antonius Verancsics (Verančić)*.

2) *Ferdinandus I.*

3) *Ioannes Sigismundus*.

N. 2233.

Cracoviae, 23.V.1543.

Albertus dux in Prussia

doctori Caspari Hedioni Argentinensi

pro missa sibi et dedicata abbatis Ursbergensis [Burchardi a Biberach]

Chronica gratias agit; historiarum studium laubibus effert.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 374-376.

Doctori Hedioni Argentinensi, 23 Maii Cracoviae.

Salutem et benevolentiam nostram.

Eximie, syncere nobis dilecte.

Literas vestras necnon restitutam et a vobis recognitam Abbatis Urspergensis Chronicam Generosus, fidelis nobis dilectus Justus Ludovicus Detius, cum ad regiarum nuptiarum solemnitatem profecti Cracoviam venissemus, nobis obtulit. Quod, supra praestitum in dedicandis divi Joannis Chrysostomi operibus officium, etiam literis pro misso munere nobis gratias agendas existimavistis, opus nihil fuisset. Nec enim ullam gratiarum actionem res postulat, ubi gratia est relata. Multo

minus novam nuncupationem postulabamus, praesertim cum iam antea priori dedicatione abunde nobis satisfactum iudicaremus. Attamen quoniam nobis etiam Chronicam dedicandam censuistis, benevolentiam vestram clementer ac benigne acceptavimus. Nam cum omnium librorum lectio, qui res cognitione dignas aut ad bene beateque vivendum necessarias continent, cum utilitate quandam voluptatem habeat coniunctam, tum in primis historiarum tractatio, in quibus tanquam in tabulis omnium aetatum, temporum, saeculorum, imperiorum ac monarchiarum perpetua et continua series proponitur, mirum in modum delectat, ubi videre licet non tantum, qui viri singulis temporibus ac aetatibus claruerint ac floruerint, quibus fortunae, corporis ac animi dotibus praediti^{a)} qui in condendis legibus^{b)}, qui in religione propaganda praeclari ac praestantes, verum etiam quando, per quos et quibus rationibus summa imperia primum sint constituta, quomodo adaucta, quamdiu floruerint, quomodo collapsa tandem corruerint ac ad alios translata sint. Hanc seriem et quasi catalogum intueri plurimum non tantum voluptatis, sed etiam aliquid prudentiae adfert. Quae quo maiori diligentia et fide a nobis in lucem omnibus edita sunt ac publicata, eo plus omnes nobis debent. In primis autem nos, cuius nomini librum^{c)} dedicandum censuistis, gratias vobis agimus maximas. Postremo, qui status rerum sit in istis Germanicae ac finitimarum^{d)} regionum oris, quidve agatur, ad nos interdum perscribere velitis idque erga vos clementer ac benigne rependere enitemur. Datae Cracoviae.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Joachim.

- a) - b) *bis scriptum*
- c) *in ms. liberum*
- d) *in ms. furtunarum*

N. 2234.

Cracoviae, 25.V.1543.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Wyszogrodensi [Petro Kopytowski]

rogat, ut curare velit, quo «ad 4. diem Iunii, quo ad Vistulam accedere ac cum nostris comitibus, equis et curribus traicere, Deo dante, in animo habemus, plura navigia, quam in proximo traiectu fuere, advehantur adducanturque, ut sine ullo impedimento et absque mora transire possimus».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 376-377.

N. 2235.

Sochaczew (Rochozowa), 4.VI.1543.

*Albertus dux in Prussia
archiepiscopo Gnesnensi [Petro Gamrat]
capitaneum Skierniewicensem, qui se in oppido archiepiscopi Skierniewice
(Quirnewitzum) «humaniter ac benigne... hospitio accepit et tracta-
vit», laudat et commendat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 377-378.*

N. 2236.

Sochaczew (Czochozowa), 4.VI.1543.

*Albertus dux in Prussia
archiepiscopo Gnesnensi [Petro Gamrat]
Ioannem Szymanowski (Simonowsky), iam pridem commendatum, iterum
commendat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 378-379.*

N. 2237.

E Regio Monte, 5.VI.1543.

*Consiliarii Alberti in Prussia ducis
Matthiae Orwid (Orwicz), burggravio Plotelensi,
absente duce, respondent ad litteras eius de Lithuano quodam, in territo-
rio Novae Domus (Neuhausen) a duobus praedonibus interfecto et de
pecunia ei ablata; de praedonibus captis et in carcerem coniectis; de
eadem pecunia ab eis in silva quadam abscondita, partim reperta et
patri iuvenis occisi reddita; de eorundem praedonum ex carcere fuga et
patre occisi residuam ereptae pecuniae partem repetente.
(Latine, adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 48-49v).
Cfr. El. XXXVII, N. 780.
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 379-382.*

N. 2238.

Wyszogród, 6.VI.1543.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
rogat, ut negotium monetarium (scil. decretum de non cudenda moneta
sua ducali) ad proxima usque Regni Comitia differre velit.
Cfr. El. XXX, N. 262.
Conc. Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1164.*

N. 2239.

Wyszogród, 6.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

rogat, ut operam suam apud regem patrem interponere velit, quo decretum de re monetaria ad futura usque Regni Comitia differatur.

(Germanice)

Cfr. El. XXX, N. 263

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 49v-51.

N. 2240.

Wyszogród, 6.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

negotium suum cudendae monetae commendat et rogat, ut apud regem intercedere velit, quo tota res (decretum regium de re monetaria, ut scilicet a cudenda moneta intra diem sanctae Margaritae desistat) ad proxima Regni Comitia differatur.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 264.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 382-383.

N. 2241.

Wyszogród, 6.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski] («mutatis mutandis ad Supremum Marschalcum» [Petrum Kmita])

rogat, ut operam suam apud regem interponat, quo decretum de re moneta ria ad futura usque Regni Comitia prorogetur.

Cfr. El. XXXVII, N. 790.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 383-384.

N. 2242.

Wyszogród, 6.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Niemieczkowski, Ioannis Tarnowski secretario («cancellario»),

ut praesens in persona cum eo colloqueretur, se multitudine negotiorum obrutum, sub suum Cracovia discessum efficere non potuisse nuntiat et

se excusat; benevolentiam suam ei declarat et rogat, ut nomine suo castellanum Cracoviensem [Ioannem Tarnowski] salutet et novitates scribat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 791.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 385-386.

N. 2243.

Wyszogród, 6.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, se salvum ac incolumem cum omnibus suis huc pervenisse nuntiat; negotia sua, praesertim causam monetariam, commendat et rogat, ut a rege impetrare studeat, quo decretum monetarium ad futura Regni Comitia differatur.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 792.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 386-387.

N. 2244.

Wyszogród, 6.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Odrowąż, palatino Russiae («et mutatis mutandis ad Comitem de Gorckau»)

rogat, ut «diligenter tota re considerata adiuvare velit, quo vehemens illud et praeproperum edictum (scil. de cessanda moneta) prorogetur atque res usque ad proxima Comitia integra reiiciatur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 388-389.

N. 2245.

Wyszogród, 6.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Iusto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,

de responso regio in re monetaria non ex sententia sibi dato queritur, nuntiat tamen se regi in hac re obtemperaturum esse; rogat, ut privilegia et iura sua defendere studeat.

(Germanice).

Cfr., El. XLIX, N. 450.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 51-52.

N. 2246.

Wyszogród, 6.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Petro Dameraw Wojanowski

rogat, ut inclusas litteras regi iuniori tradendas curet, quibus flagitare se nuntiat, ut mandatum regium de non cudenda moneta suspendatur.

(Germanice)

Cfr. El. XLIX, N. 449.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 52v-54.

N. 2247.

Wyszogród, 8.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]

litteras eius, 31.V.1543 datas, una cum responso regio se accepisse nuntiat et pro benevolentia in se eius gratias agit; negotia sua, praesertim causam de appellatione, commendat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 782.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 389-390.

N. 2248.

Wyszogród, 8.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Wyszogrodensi [Petro Kopytowski]

ex nuptiis regiis in Ducatum suum revertens, rogat, ut «singularem operam» dare velit, quo «navigia apta atque idonea et commoda in promptu sint et parata, plura quam cum proxime traiceremus, adducantur et quam celerrime cum nostris equis, curribus ac cuncto comitatu transportemur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, f. 391.

N. 2249.

Wyszogród, 8.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

abbati Czervensi (in ms. Czernensi, Ioanni Lewicki)

de aegritudine eius, pedum scilicet dolore, et quod se in persona invisere non possit, dolet; pro missis muneribus gratias agit; «sacerdotes Dei, praesertim eos, qui verae pietati et christianae religioni ex animo

dediti in ea usque ad finem constanter perseverant» (*quorum in numero eum quoque esse non ignorat*) se nunquam contempsisse nuntiat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 733.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 396-397.

N. 2250.

Neidenburgi, 11.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

abbati Czervensi [Ioanni Lewicki]

litteras eius, 8.VI. ex Olszyny («e pago Olschinio») datas, sibi heri allatas esse nuntiat; in causa Michaelis Kierski, sibi commendata, ad iudices Hohensteinenses (oppidi Olsztynek) se scripsisse significat eisdemque iniunxisse, ut quam celerrime causam cognoscerent et ei iustitiam administrarent; de piscibus a capitaneo Soldaviensi ad usum conventus eius coemendis se operam suam apud eundem capitaneum interposuisse scribit.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 789.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 391-392.

N. 2251.

Neidenburgi, 14.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Felici Rosenovski (Rożnowski?)

equum gradarium sibi dono missum, utpote corpori suo minus aptum («graviter enim sessorem succussat») remittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 392-393.

N. 2252.

E Regio Monte, 24.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

castellano Posnaniensi [Andreae a Górka]

pro studio eius et diligentia in hoc adhibita, ut argentum civibus Vratislaviensibus in Polonia furto ablatum eis restituatur, gratias agit et rogat, ut rem ad optatum exitum deducat.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVII, N. 796.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 54-54v.

E Regio Monte, 26.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro opera, in negotio civium Vratislaviensium navata, gratias agit; rogat, ut eis in recuperando argento adesse velit.

(Schedula: nova sibi scribi petit).

Cfr. El. XXXVII, N. 796.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 393-394.

Domino Andreae Comiti de Gorckau, XXVI Iunii.

Petit, ut causam civium Wratislaviensium diligenter sibi commendatam habeat.

Magnifice et Generose, Amice, Frater ac Compater nobis dilecte.

Sane quam nobis gratum et optatum accidit id, quod ex prudentissimi Senatus populique Vratislaviensis ad nos literis intelleximus, Magnificentiam Vestram egregiam atque singularem operam iis civibus, quibus argentum, quod ad rem monetariam nostram promovendam adducebant, ereptum in Polonia sublatumque^{a)} est, inavasse. Ea nobis certe Magnificentiae Vestrae voluntas, recteque posita^{b)} opera, quod^{c)} christiana, aequa, iusta et ad conservandam^{d)} tutandamque publicam pacem accomodata res est, non potuit^{e)} non esse gratissima. A nobis vicissim curabitur diligenter, ut id officii suo tempore amicis fraternisque beneficiis compensetur. Quod reliquum est, a Magnificentia Vestra porro petimus, quatenus civibus illis Vratislaviensibus in recuperando deperdito suo et contra ius ac fas ablato argento, quod ipsa Vestram Magnificentiam adhortatur iustitia et negotii aequitas, Vestra Magnificentia ope, consilio et auxilio adesse velit. Sic omnino agatur, ne cives illi iuste amplius conqueri de ea iniuria queant, verum ut cum primo tempore, citra dilationem^{f)}, procrastinationem et moram, ablatum surreptumque illis argentum reddatur. Id si Magnificentia Vestra fecerit, quod eam facturam pro mirifico in nos cultu, amicitia et coniunctione prorsus confidimus, enixe dabimus operam, ut huius officii memores^{g)} esse diligentiamque aliquando Vestrae Magnificentiae sarcire possimus... Datae ex Regiomonte.

Cedula

Extremum, quod a Magnificentia Vestra petamus, illud est, ut si quid novi vel de Turcicis vel de aliis quibuscumque rebus scitu dignis habet, non gravetur Magnificentia Vestra accurate nobis ea perscribere. Datae ut in literis.

Constantinus.

a) *additum in margine.*

b) *correctum ex: preposita*

c) *supra lineam.*

d) *sequitur expunctum: quod*

e) *sequitur expunctum: non*

f) *sequitur littera expuncta.*

g) *additum in margine.*

N. 2254.

E Regio Monte, 30.VI.1543.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Szafraniec (Scheffranski) de Pieskowa Skala, capitaneo Chęciniensi,

medicum suum ophthalmicum, quem petiverat, «hominem bonum et huius artis peritum in eaque exercitatum», ei mittit, ut «divina adiutus gratia eius oculorum morbo opem ferat».

(Latine)

Cfr. El. XLIX, N. 451.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 397-398.

N. 2255.

E Regio Monte, 5.VII.1543.

Albertus dux in Prussia

episcopo Vladislaviensi [Nicolao Dzierzowski]

pro hospitalitate in oppido Wolbórz sibi, consiliariis et ministris suis exhibita, pro litteris benevolentia et officio plenis et pro equo dono dato gratias agit; quae beneficia data opportunitate non verbis, sed re ipsa ei rependere promittit.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 793.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 398-399.

N. 2256.

E Regio Monte, 6.VII.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Hlebowicz (Hlybowitz), palatino Vilnensi,

Georgium Heuschitz, adolescentem Lithuanum, qui propter «magnum studium discendi» in terris suis diu versatus est et nunc coactum se esse conqueritur «studiorum suorum cursum intermittere et fratribus impuberibus, pietate sic postulante, succurrere», commendat et rogat, ut misero adolescenti, post utriusque parentis obitum ab affinibus omnibus bonis spoliato, iustitiam administrandam curet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 400-401.

N. 2257.

E Regio Monte, 20.VII.1543.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi,

Erhardum Gröben, nobilem adolescentem, commendat rogans, ut eum in suorum ministrorum numerum recipere velit, quo linguam Polonicam («quae nostris hominibus magno usui est») brevi tempore addiscere possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, f. 395.

N. 2258.

E Regio Monte, 20.VII.1543.

Albertus dux in Prussia

Petro Dameraw Wojanowski

propter suum futurum (24.VIII.1543) cum Friderico duce Legnicensi Posnaniae conventum nuntiat se non posse ad regem iuniorem, in Lithuania proficiscentem, venire; rogat, ut se coram rege excusare velit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., ff. 200-202.

Conc. Germanicum, HBA, B, K. 1164.

N. 2259.

E Regio Monte, 30.VII.1543.

Albertus dux in Prussia

universis et singulis

de Ioanne Woys, mercatore Hollandico, qui non omnes merces, in Ducatu Prussiae coemptos, teloneatoribus professus est, non persolvendo vectigali aerarium suum defraudare conatus.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 401-402.

N. 2260.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

exponit rationes, ob quas ante festum s. Michaelis (29.IX.) a cudenda mo-

neta abstinere non possit.

Cfr. El. XXX, N. 267.

(Adest textus Germ. in Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 54v-57)

Cfr. El. XXX, N. 262.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 402-408.

Ad Regem Poloniae.

De moneta et rationes, quare ante Michaelis festum malleum reponere nequeat. VI Augusti.

Serenissime Rex *etc.*

Serenissimae Regiae Vestrae Maiestatis responsum ad eas literas, quas Wischegrado ex itinere [dederam], de praepropera monetarii mallei mei inhibitione, ea, qua debeo ac decet reverentia et observantia, per meum ministrum allatum accepi. Unde iterum paucis eas rationes cognovi, quare Serenissima Regia Vestra Maiestas meis aequissimis precibus locum dare nequeat, ut cui Comitiorum magnorum decretum de usu meae monetae quam primum interdicens, differre vel mutare haud licitum sit. Proinde eam aequissimae petitioni meae, nimirum ut res integra usque ad proxima Regni Comitia prorogaretur, satisfacere non potuisse. Attamen ut Vestrae Regiae Maiestatis clementem ac promptam mihi gratificandi voluntatem cernerem, executionem decreti Comitiorum usque ad diem divo Bartholomeo sacrum clementer prorogasse etc. Et quamquam etiam illud Regiae Vestrae Maiestatis responsum multis iisque iustis de causis mihi sane quam onerosum atque damnosum est, tamen Serenissimae Regiae Vestrae Maiestati, Domino meo clementissimo ac avunculo charissimo, non possum non pro regio eius erga me animo ac exigui temporis prorogatione gratias agere maximas, idque Vestram Regiam Maiestatem persuassissimum habere ac mihi credere velim, hanc meam assiduam quidem, attamen necessariam temporis longioris monetae cudendae petitionem non ex meo privato commodo, nec ullis aliis emolumentis profectam, sed summa ac inevitabili necessitate me adduci ac cogi, primum ut mihi iustum spacium esset mature cum meis fidelibus subditis (quorum non minor res hic agitur quam mea) communicandi, deinde ut iusta mora aliqua interposita mercatoribus creditum argentum, monetariis laboris ac operae mercedem aliasque aliis necessarias impensas exolvere possim, breviter, ut cuncta eo modo expedirem, explicarem ac plana facerem (id quod superioribus etiam literis abunde commemoratum est), ut si non lucrum inde existeret, attamen cum minimo incommodo ac damno monetae cudendae ius ac facultatem ad tempus intermitterem. Quae omnia ut sunt aequitatis plena, ita sperabam fore, ut, quoniam nihil iniqui petissem, meae preces exaudirentur, neque tantum exigui temporis prorogationem, quam petii, me impetraturum confidebam, verum etiam ex saepius adductis rationibus iisque iustissimis, videlicet has terras ius et liberam facultatem monetae cudendae multis iam saeculis beneficio summorum Imperatorum habuisse, semper absque ullo impedimento eo usas esse meque ad inclytum Regnum illud una attulisse, eo etiam iure, loco et statu ab omnibus retinendum defendendumque confidebam, nec ullum unquam futurum, qui ea imminuere aut violare conaturus esset.

Quin etiam iuxta idem ius ac privilegium postea Regia Vestra Maiestas inclytique Regni ordines voluerunt ac postularunt, ut tam regia pars

Prussiae, quam ego, de nostra veteri moneta abroganda ac prorsus tollenda ageremus ac cum Vestra Regia Maiestate et Regno una eademque moneta, quae eiusdem valoris, paris ponderis, aequalis aestimationis esset, uteremur. Id, quod habito saepius et non uno in loco concilio ac conventu, post exquisitam et accuratam deliberationem et actionem, tandem aliquando initum, sancitum atque Cracoviae anno XXX in Comitii magnis Regiae Vestrae Maiestatis mandato omniumque ordinum summo consensu et approbatione confirmatum ac ratificatum est, mandataque seu edicta ad omnes subditos edita et promulgata Vestraque Regia Maiestas eundem et suae et meae monetariae officinae magistrum ac praefectum praeficere et constituere dignata est.

Et quoniam contra dicta omnia adductasque firmas rationes Regia Vestra Maiestas, quotidiana efflagitatione ac assiduis omnium ordinum clamoribus persuasa, iuxta decretum Comitiorum (quod ego pro me meisque subditis approbasse hisque ratum habuisse iudicari minime volo) id adhuc elaborat et agit, ut malleum ad multa damna, quae quidam obii-ciunt, praecavenda ponam, egi cum meis subditis accurate remque totam penitus et accuratius considerans. Attamen, id quod Deum Optimum Maximum testor, pro mei iudicii mediocritate, adhibitis etiam rei monetariae peritis et diu multumque in illo negotio versatis, immensum illud, omnibus commune, ingens damnum et exitium, quod ex abundanti monetae copia provenire dicitur, quodque ab inclyti Regni ordinibus crebro iactatur ac nobis opponitur, perspicere ac providere nequivi. Attamen ne meam sententiam dumtaxat amplecti aut praetensae publicae utilitati meum commodum antepondere videar atque in omnibus licitis, quantum mea summa regalia et privilegia patiuntur, Vestrae Regiae Maiestatis regiae ac paternae voluntati me attemperem atque accommodem, quin etiam ut in primis Regia Vestra Maiestas ac inclyti ordines subditam ac debitam meam erga se observantiam et amicam benevolentiam perspiciant ac cognoscant, utque ipsa declaret experientia, quid emolumenti, commodi, accessionis et incrementi, secundum Vestrae Maiestatis sententiam, toti Regno Reique Publicae universae (quae privatae rei modis omnibus praeponenda est) ex mallei monetarii intermissione futurum sit. Etsi autem Regia Maiestas Vestra pro summa ac divina sapientia facile iudicare potest, quanto damno et incommodo id fiat, tamen constitui atque decrevi omnes meae officinae monetariae rationes ita instituire ac eo dirigere, ut ad diem divo Michaeli sacrum malleus monetarius a me ad tempus ponatur. Vellem quidem atque optarem etiam ita repente omnia confici posse, ut ad diem divi Bartholomaei sine exitioso damno inde explicare et expedire me possem: mercatores, qui argentum crediderunt, absolvere, monetarii laboris mercedem numerare aliasque necessarias easque multas impensas dependere. Verum si id ante Michaelis festum fieri non poterit, spero Vestram Regiam Maiestatem atque inclytos Regni ordines perpaucorum illud dierum spatium ac exiguum usque ad festum Michaelis moram, in re praesertim impedita et non facile explicabili, aequo, clementi, amico ac benigno animo esse laturos. Eaque lege et conditione malleum monetarium ad tempus dumtaxat ponam, ut mihi, meis heredibus, successoribus, posteris ac totius Ducatus incolis, secundum sententiam^{a)} atque auctoritatem privilegiorum, multis saeculis observatum et quasi per manus traditum morem^{b)} atque initam ac sancitam unionem eiusque regiam confirmationem ac mandatum, pro meo subditorumque meorum arbitrio, re atque necessitate quo-

vis tempore, absque ullo impedimento et interpellatione, malleum monetarium rursus instaurare, usurpare et monetam cudere integrum ac liberum sit. Sperans ac humillime supplicans, quod Regia Vestra Maiestas me meosque cum in supra enumeratis, tum in omnibus aliis tueri, protegere ac defendere dignabitur. Id ego erga Regiam Vestram Maiestatem, tanquam subditus et obediens Princeps, subdite promereri studebo. Datae e Regio Monte, VI Augusti.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Ioachimus.

a) - b) *in margine.*

N. 2261

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de controversia inter regem Daniae et Burgundios a rege Poloniae componenda.*

Cfr. El. XXX, N. 267.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 408-411.

Ad Regem Poloniae.

De dissensionibus Danorum Regis¹⁾ et Burgundiorum. VI Augusti.

Serenissime rex, Domine clementissime et Avuncule charissime.

Non ignorat Serenissima Vestra Regia Maiestas, gravissimas dissensiones ac controversias inter Burgundios ac Serenissimum Daniae Regem, Dominum, consanguineum et affinem meum charissimum, iam dudum esse, ad quas componendas cum alibi non uno in loco, tum proxime in oppido Kampen actum fuisse. Verum quibus de causis ibi nihil effectum sit paxque non firmata, etsi non dubito, quin idem Serenissimus Daniae Rex etc. eadem ad Serenissimam Regiam Vestram Maiestatem perscripserit, tamen et ego eorundem nuntium meis literis ad eandem Regiam Vestram Maiestatem perferendum existimavi. Nam cum non paucorum, sed universae Germaniae, imo totius Christianitatis intersit inter christianos concordiam retineri aut amissam restitui, nihil hic potest, quod pacis amore ac studio fiat, supervacaneum aut nimium^{a)} videri. Rem autem hoc modo actam esse. Idem Serenissimus Daniae Rex etc. ad me perscripsit, cum primum quaestio fuisset, inter quosnam pax ac concordia iniri ac firmari deberet, Burgundios non ad omnes Caesareae Maiestatis²⁾ subditos, sed ad inferiores Germanos dumtaxat illam pacificationem extendi ac pertinere voluisse, ut ita aliis Regnis ac domi-

niis Caesareae Maiestatis quidvis contra Regnum ac Regem Daniae hostiliter moliendi ac attentandi facultas libera relinqueretur.

Deinde privilegia illa ac libertates, quibus cum omnes Reges Daniae, tum etiam eius Regia Celsitudo ad hoc usque tempus in angusto illo maris loco, qui Orsunt appellatur, usi sunt, excipi Burgundios noluisse, post naves plures, ab eiusdem Regia Celsitudine legitimo modo arrestatas, reddi ac restitui postulasse. Verum de paucarum restitutione, ab ipsis violenter ereptarum, etiam audire recusasse.

Postremo pacem aut saltem aliquot annorum indutias faciendas Suam Regiam Celsitudinem censuisse, arbitrosque non suspectos in Romano Imperio eligendos, qui controversiam primum amicabili compositione dirimere ac componere attentarent, deinde, si id fieri non posset, iudiciario ac legitimo modo cognoscerent, statuerent ac diiudicarent. Verum haec locum apud eos invenire non potuisse. Ita Regia Maiestas Vestra videt etiam in hac actione frustra de pace laboratum esse, simulque illud^{b)} eidem Regiae Vestrae Maiestati pro summa divinitus data sapientia diiudicandum relinquitur, quid impedimento fuerit, quominus salubris ac omnibus utilis pax fieret, ac metuendum est, si summi alicuius principis viri autoritate a discordia ac inimicitiis ad quietia consilia revocati non fuerint, ne praeter omnium opinionem bellum exitiosissimum subito exoriat, cui in principio potius quam in fine ac sero omnes christiani merito occurrere ac remedium quaerere deberent. Neque enim opus magis pium nec Christianae Reipublicae salubrius aut magis necessarium facere ullus potest, cuius efficiendi ac pacis inter dissentientes restituendae inter omnes Christianos Monarchas, Reges ac Principes Regia Vestra Maiestate nec aptior nec magis idoneus est quisquam. Cui quidem, ut pacis studiosissimo, hoc tempus maxime esse ad eam rem idoneum atque etiam necessarium significandum putavi, ut, si quid illi hac in re agendum pro summa prudentia videretur, non differendum, sed maturandum esse sciret. Nam eam ad rem si quid ego pro mea virili praestare possem, lubens id quidem facerem, eaque res me etiam impulit, ut has literas ad Serenissimam Regiam Vestram Maiestatem darem, non ut eam, quam ad pias et honestas res promptissimam esse scio, ad hoc praeclarissimum et sempiterna laude dignum facinus suscipiendum cohortarer, sed ut tantum maturitatem summam ac necessitatem adesse significarem. Quod meum factum a Vestra Regia Maiestate ita acceptum iri confido, ut non alio quam almae pacis studio id a me factum accipiat ac interpretetur. Id ego erga Vestram Regiam Maiestatem subditis officiis, debita fide ac summa observantia quam humillime promereri enitar. Quam diutissime prosperrima valetudine, optimo regimine omnibusque in rebus foelicissimis semper frui successibus exopto. Datae Regio Monte, VI Augusti.

Commissio Principis propria.
Ioachimus^{c)}.

a) *correctum ex*: nimirum

b) *sequitur expunctum*: etiam

c) *infra expunctum*: Melchior Kotting

1) *Christianus III.*

2) *Carolus V.*

N. 2262.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de iniuriis et damnis a subditis regiis in finibus adhuc controversis illatis queritur et rogat, ut omnes limitum controversiae et innovationes ad tempus usque lustrationis et determinationis finium reiiciantur et suspendantur.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 265, 267.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 69-70v).

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 411-414.

N. 2263.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

causam duorum consulum Gedanensium, per appellationem Cracoviam citatorum, commendat.

Cfr. El. XXX, N. 270

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 60v-62)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 414-417.

Ad Regem Poloniae seniore.

In causa duorum consulum Gedanensium. VI Augusti.

Serenissime Rex, Domine clementissime.

Non dubium mihi est, quin Serenissima Vestra Maiestas adhuc memoria teneat liberale illud, benignum ac vere regium responsum, quod eadem in Serenissimi Principis, Domini Domini Sigismundi Augusti Regis Poloniae etc., Regiae Vestrae Maiestatis filii charissimi, Domini autem mei clementissimi ac consobrini dilectissimi, celeberrimis nuptiis mihi, pro Gedanensis civitatis consulibus deprecanti, dederit, pro quo merito gratias maximas tum egi atque iterum nunc ago. Equidem Regiae Vestrae Maiestatis liberali ac clementi responso permotus, maximam in spem veneram futurum, ut eorundem duorum consulum causa ita componeretur, ut totius rei difficultas prorsus tolleretur. Verum intelligo hanc rem priori periculo adhuc^{a)} esse duosque consules iam denuo eodem, quo antea, modo citatos et ut se sistant, severissime mandatum esse. De quibus audio a cunctis illud elogium praedicari, eos fide ac oboedientia erga Regiam Vestram Maiestatem officioque erga regiam urbem Gedanum omnino non defuisse atque tantum abesse, ut accusandi sint, ut^{b)} etiam Serenissimae Regiae Vestrae Maiestatis et quorumlibet gratia, favore ac clementia tanquam bonorum praemiis digni iudicentur, quo etiam alii^{c)} ad officium, fidem ac oboedientiam invitentur, pelliciantur,

atque ista tristes citatio mitigetur. Quantum enim ista citatio ignominiae pariat tum regiae illi civitati, quae apud finitimos Reges, Regna, Principes et validissimas urbes magni nominis, singularis amicitiae ac necessitudinis est, tum eiusdem consulibus, qui, ut dictum est et omnes uno ore praedicant, honestae, innocentis ac inculpatae vitae sunt, et iam pepererit et in posterum paritura sit, peto, ut id Regia Vestra Maiestas clementer perpendere dignetur. Siquidem dehinc apud summos Principes ista tantae urbis labes ac macula, ex qua urbe iam Serenissima Regia Vestra Maiestas apud potentissimos quosque Principes (ut iam dixi) maximam gloriam percipit, non minus ad Regiam Vestram Maiestatem, utpote caput, quam ad bonam illam urbem et honestos consules redundatura est. Taceo alios graves casus et incommoda, quae agitata hinc promanare ac consequi possent. Haec mecum reputans et prospiciens, pro mea subdita ac debita fide non potui facere, quin meam de imminente incommodo suspicionem Regiae Vestrae Maiestati exponerem, candide suadens et subdite petens, ea clementer moderatione illa regia haec lenire ac mitigare dignetur. Cuius Cracoviae spem ostendit mihi maximam et haec negotia aliis modis transigere velit.

Et quoniam oboedientiam, quam Serenissima Regia Vestra Maiestas imprimis postulat, merito laudo et probo, meo iudicio, licet exiguo, etiam negotio satisfactum esset, si iidem duo consules ante constitutum diem coram Serenissima Regia Vestra Maiestate se sisterent, ubi Serenissima Vestra Regia Maiestas de omnibus copiose et accurate cum illis expostulare et agere, illorum responsum et purgationem audire posset ac post regiam clementem solacii ac regiae clementiae lenitatisque plenam missionem, quod omni studio ac ut nihil magis ab ea contendo, concederet. Si Vestrae Regiae Maiestati hoc tolerabile videretur, quod sane meo tenui ac simplici iudicio non onerosum videri potest, darem operam, quo isto modo res a consulibus apud Regiam Vestram Maiestatem ageretur, idque etiam regiae civitati ac duobus consulibus tutius ac consultius esset, timentibus periculum, quod ipsis, summa urbana munera ac honores sustinentibus, ab hoste impendat, qui ubi resciverit certo ac constituto die illos Cracoviam profecturos, illis insidias struet magno cum discrimine, ac si res male caderet insigni cum ignominia tantae civitatis. Hac ratione et modo, pro mea simplicitate, debita oboedientia Serenissimae Regiae Vestrae Maiestati praestaretur, causa audiretur a reo, causa dicta periculum totius civitatis vitaretur. Quorum aequitate Regia Vestra Maiestas adducta tum ad priorem, tum hanc meam sedulam, candidam, benevolam ac supplicem deprecationem, quam hic Vestrae Regiae Maiestati in memoriam revocare cupio, clementem, levem ac regiam se praebebit. Iterum ac postremo humillime petens, Vestra Regia Maiestas, quidquid tollerabile illi visum fuerit, mihi significare dignetur. Quicquid enim ego in Regiae Vestrae Maiestatis commodum ac huius rei compositionem et commemorati periculi^{d)} evitacionem facere cum possum tum debeo, in iis me Regia Vestra Maiestas pro debita fide et officio paratum ac sedulum reperiet. Datae e Regio Monte etc.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Ioachim

a) in margine pro expunto: ad
b) supra lineam.

c) correctum ex: aliis
d) in ms. commemorato periculo

N. 2264.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

*in negotio monetario se voluntati regis senioris obtemperaturum et a cuden-
da moneta ad tempus cessaturum esse nuntiat, rogat tamen, ut eius-
modi negotium apud regem et status Regni iterum promovere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 263.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 57-58v)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 417-420.

N. 2265.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

*narrat de puero quodam, a rege iuniore sibi olim commendato, a se in au-
lam suam recepto et sub tutela marscalci sui, Friderici ab Oelsnitz,
manente, qui ignotis causis adductus fugam tentavit et in patriam
redire conatus est; scire cupit, utrum eum retinere, an domum remittere
debeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 438-440.

N. 2266.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

*negotia Petri Dameraw, sibi a rege commendata, se diligenter promovisse
nuntiat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 440-441.

N. 2267

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

*pro benevolentia et studio, in promovendo negotio suo monetario adhibitis,
gratias agit; in gratiam regis se ad tempus malleum depositurum esse
nuntiat.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 264.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 420-421.

Albertus dux in Prussia

Samueli Maciejowski, episcopo Plocensi,

pro fide et sedulitate in negotio suo monetario adhibita gratias agit; in gratiam regis se ad tempus malleum deponere statuisse nuntiat; rogat, ut iura et privilegia sua contra appellationem defendat.

(Schedule: pro Conrado Maraun, cive Gedanensi, ut ex numero scabiorum eximatur).

Cfr. El. XXXVII, NN. 790, 800.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 422-426.

Domino Samueli Episcopo Plocensi etc.

De moneta et appellatione, VI Augusti.

Syncerum fraternique animi affectum et quicquid grati praestare possumus.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis perchare.

Literas Reverendae Vestrae Paternitatis, XVI Iunii praesentis anni datas nostroque proprio nuntio transmissas, accepimus cognovimusque nos evidentissimis rationibus nostris, intercedente etiam Reverenda Paternitate Vestra summoque studio ac diligentia in id incumbente, a Serenissimo Poloniae Rege, Domino et avunculo nostro clementissimo, non potuisse longius^{a)} tempus cudendae monetae ac mallei reponendi impetrare, quam usque ad futurum Bartholomei festum. Simulque Vestra Reverenda Paternitas in omni genere officiorum studium suum et diligentiam prolixè nobis offert. Quare Vestrae Reverendae Paternitati pro ea, quam in nostris rebus procurandis adhibuit fide ac sedulitate hodieque adhibet, eas, quas decet, habemus gratias Vestraeque Reverendae Paternitati diligens studium nostrum in omnibus rebus, quae ad Vestrae Reverendae Paternitatis commodum spectant, offerimus dabimusque operam, ut grati inveniamur.

Constitutum habebamus Vestrae Reverendae Paternitati exemplar illarum literarum, quas ad Regiam Maiestatem damus, in quibus ad omnia, quae ad nos de toto hoc negotio scripta sunt, respondemus, transmittere. Verum quia non ignotum nobis erat Vestram Reverendam Paternitatem a Regia Maiestate in secretissimis consiliis adhiberi deque omnibus rebus consuli, supervacaneum esse arbitrati sumus Vestram Reverendam Paternitatem duplici lectione gravari. Etsi autem Vestra Reverenda Paternitas pro ea prudentia, qua plurimum valet quamque longo usu maximis ex rebus consequuta est, facile iudicare potest, quam ea res nobis gravis sit futura quantumve damni nobis inde^{b)} veniet. Tamen in gratiam Serenissimi Poloniae Regis, Domini ac avunculi nostri clementissimi, statuumque Regni Poloniae intermitteremus circa Michaelis^{c)} festum monetam cudere malleumque ad tempus reponemus, idque nostris literis Regiae Maiestati significamus speramusque Regiam Maiestatem, totius Regni Poloniae status atque ordines hanc exiguum et brevem moram, quae non sine iustissimis causis fit, pro regia ac insita clementia non inique laturam.

Verum quod ad appellationem attinet, quam Serenissimus Rex, Dominus ac avunculus noster clementissimus, iudicat ad Comitum, quae

primo quoque tempore celebrabuntur, reiciendam esse, simulque quod Reverenda Paternitas Vestra amice nos monet atque indicat in puncto quodam conventionis nostrae hoc deesse, quisnam, si inter utriusque partis consiliarios de ea re non posset convenire, litis arbitri esse debeat, ne ulli parti iniuria fieret, ac suadet, ut nos de omnibus his rebus quam fieri possit diligentissime consultaremus animique nostri de hac re sententiam ad Conventum proximum Regiae Maiestati aut consiliariis eiusdem ac Regni statibus et ordinibus transmitteremus, quo aliquid certi statui possit. Alia ratione Regiam Maiestatem haud passuram aliquid agi.

Itaque convocatis fidelissimis subditis nostris, omnes articulos perpetui foederis inter nos magna diligentia perlegimus invenimusque inter articulos pertinentes ad iurisdictionem, quod in XX puncto clare exprimitur, quid fieri debeat de querelis incolarum Prussiae eorumque facultatibus ex utraque parte. Nempe, quod ubi actiones emergerent, incolas terrarum Prussiae et eorum possessiones utrinque contingentes, unusquisque in eo iudicio, ubi bona et possessiones sitae fuerint aut reus domicilium habuerit, conveniri et ad extranea iudicia trahi non deberet. In quo articulo comprehensae sunt reliquae etiam actiones de iis, qui a nostra sententia appellare volunt, ac certo id fieri non debere statuitur. Itaque pro nostra tenuitate non arbitramur^{d)} opus esse longa consultatione de appellationibus, multo minus de eligendo litis arbitro^{e)} ad proxima Comitata, cum res ipsa plana sit.

Verum Vestram Reverendam Paternitatem oramus ac enixe petimus, postulante hoc etiam aequitate, ut Reverenda Vestra Paternitas apud Serenissimum Poloniae Regem, Dominum et avunculum nostrum clementissimum, ac reliquos Regni status omni diligentia instet et efficere conetur, ut in his aliisque perpetui foederis legibus, utriusque nostrum sygillo ac iuramento confirmatis, necnon veteribus consuetudinibus ac privilegiis, quibus nos, antecessores nostri ac hae regiones a Caesaribus et Regibus ornatae sunt, nobis permanere liceat, ab iisque, a quibus ius et aequitas postulat, provehamur et defendamur. Nam consilio subditorum nostrorum eorumque humillimis precibus admoniti, non possumus quicquam de nostro iure remittere. Si quid vicissim Vestrae Reverendae Paternitati gratificari poterimus, nihil erit, quod nos ab officio fraterno dimovebit. Amiceque petimus et rogamus, ut Vestra Reverenda Paternitas velit nos nostraque omnia Regiis ac Reginalibus Maiestatibus sedulo ac diligenter commendare. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii
Melchior Kottingk.

Cedula

Cunradus Maraun, civis Gedanensis, propter multa et fidelia officia unice a nobis diligitur. Is commendationem per nos ad Vestram Reverendam Paternitatem quaerit petitque, ut Reverenda Paternitas Vestra apud Serenissimum Poloniae Regem, Dominum et avunculum nostrum clementissimum, impetrare conetur, ut ex numero iudicum vel, ut vulgo

loquuntur, schabinorum eximatur. Affirmat enim se, dum in tali officio constitutus est, magnam rei familiaris, quam satis angustam habet, iacturam facere, propterea quod publico officio oneratus domestica negocia negligere cogitur. Ad haec morbo gravissimo premitur, ut non multum in hac re Reipublicae prodesse possit. Quare Vestram Reverendam Paternitatem etiam atque etiam petimus, ut apud Regiam Maiestatem instet, quo praedictus Cunradus a tali officio liberetur. Det hoc Vestra Reverenda Paternitas petitioni nostrae eiusque humillimis precibus. Si qua simili in re aut maiori etiam Vestrae Reverendae Paternitati gratificari poterimus, dabimus operam, ne studium et diligentiam in nobis desideret. Non enim aliter iudicabimus quam hoc beneficium in nos collatum esse. Postremo homo bonus ac Vestrae Reverendae Paternitatis studiosus omni officiorum genere, quae quidem a subditis praestari possunt, promereri studebit.

a) in margine.

b) sequitur nobis non expunctum.

c) in ms. Michalis

d) in ms. arbitramus

e) in ms. arbitrio

N. 2269.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, decreto regio de non cudenda moneta se ad tempus obtemperaturum esse nuntiat; rogat, ut privilegia, libertates, immunitates suas defendere velit.

Cfr. El. XXXVII, N. 792.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 426-428.

Domino Ioanni Comiti a Tharnau, Castellano Cracoviensi, VI Agusti.
De moneta.

Illustris, Magnifice, etc.

Vestrae Illustritatis literae, XVII Iunii in Osick datae, nobis XXVI eiusdem mensis redditae sunt. Quibus quod nobis gratulatur de foelici in nostrum Ducatum et fausto reditu, agnoscimus inde eundem, quem semper perspeximus, amicum animum ac fraternam benevolentiam, agentes illi gratias maximas pro summa illa erga nos et amica voluntate, promittentes vicissim nos summam operam daturus, ut illius amoris ac benevolentiae mutuam reddamus. Porro Vestram Illustritatem abfuisse et tarde nostras literas, nec nisi accepto a Regia Maiestate responso, illi redditas molestum nobis auditu est. Scimus enim, si in tempore a nostro tabelario Vestra Illustritas certior esset facta, quantum auxilii hoc in negotio ab ea expectandum nobis fuisset. Id quoniam factum non est, aequo nunc animo ferendum censemus. Responsum autem a Regia Maiestate ad nos relatum illud est, ut a divi Bartholomei ferias malleum poneremus. Quod etsi nostris privilegiis, a quibus nobis minime discedendum est, adversetur, tamen Regiae Maiestati Regnique inclytis ordinibus ad tempus morem gerere constituimus. Quod nos facturos et hac in re Regiae Maiestati obtemperaturos, ad eandem scripsimus. Nunc iterum, quod antea toties et cum Vestra Illustritate et aliis Regni proceribus egimus, peti-

mus, ut consilio, auxilio et adiumento esse velit, ne nostra privilegia, iura, libertates ac immunitates, quae non a Regno accepimus, sed ipsi iis ornati ac donati ad Regnum venimus atque una nobiscum attulimus, in ullo articulo violentur, quin potius id censere, suadere ac adiuvere dignetur, ut ea omnia non tantum in facultate et iure monetæ cudendæ, sed in aliis omnibus integra, sancta et inviolata, ut æquum est, nobis retinerentur ac conserventur nobisque illis sine ullo impedimento rite ac legitime uti liceat. Id Vestram Illustritatem facturam tum pro summo eius in nos amore, tum pro iustissima ac æquissima petitione, nobis persuademus. Quod nos erga eandem summis amicis ac fraternis studiis recompensare enitemur. Quam Christo Servatori nostro commendamus.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii
Ioachimus.

N. 2270.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Odrowąz, palatino Russiæ,

iuxta regis et ordinum Regni postulationem se ad aliquod tempus malleum ponere statuisse significat; rogat, ut in conservandis privilegiis et libertatibus suis sibi adesse velit.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 428-430.

Domino Stanislao Odrowasch de Sprowa, VI Augusti.

De moneta.

Magnifice etc.

Cum nostrum hunc servitorem Cracoviam cum literis mitteremus atque ad nostros amicos nostrique studiosos literas daremus, non potuimus præterire, quin et ad Vestram Magnificentiam, quam in præcipuorum amicorum numero habemus, quaedam quamvis pauca scriberemus, illi bonam ac prosperam valetudinem eamque perpetuam optantes ac omnibus in rebus foelicem ac faustum successum ex animo precantes atque nos nostraque negotia eidem clementer ac sedulo commendantes. Porro Magnificentiam Vestram celare non possumus Serenissimam Regiam Maiestatem Regnique inclytos ordines adhuc præcise postulare, ut malleum monetarium ponamus. Quod quam nobis sit onerosum ac damnosum, ut quod nostris privilegiis prorsus adversetur, Vestrae Magnificentiae pro singulari eius sapientia diiudicandum committimus. Attamen ut Regiae Maiestati Regnique ordinibus hac in re non adversari videamur, illis ad tempus morem gerere volumus ac iuxta eorum postulationem ad^{a)} aliquod tempus malleum ponere, ita tamen, ut nobis integrum sit rursum, quandocumque res ac necessitas tulerit, nostra libertate ac privilegio de moneta cudenda uti. Interea clementer petimus, id quod et antea non unis literis a nobis factum est, quo Vestra Magnificentia una cum aliis nostris amicis, fratribus ac fautoribus iuvare velit, quo cum hac in re, tum in aliis omnibus, nostra privilegia, libertates ac

immunitates nobis integra, inviolata et sancta permaneant, conserventur atque nihil contra illa statuatur. Quin potius, ut in proximis Regni Comitibus id statuatur, ne quid contra dicta nostra privilegia decernatur, sed ut in illis a Regia Maiestate ac inclytis Regni ordinibus defendamur. Qua in re Vestra Magnificentia nobis suam amicam et sedulam operam ut det, petimus clementer ac obnixe. Nos vicissim illi singularem nostram operam, diligentiam ac clementiam offerimus. Eam cum Illustri consorte, consanguinea nostra charissima (quam nostro nomine amicissime ac clementissime salutari petimus), Christo Servatori nostro ab omni malo defendendam commendamus atque ut ad annos usque Nestoreos vitam producat, optamus. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii
Ioachimus.

a) *supra lineam.*

N. 2271.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Niemieczkowski, Ioannis Tarnowski secretario,
pro diligentia in negotiis suis promovendis adhibita et pro missis novitati-
bus gratias agit; rogat, ut etiam in posterum nova sibi perscribat.
(Latine).

Cfr. El. XXXVII, N. 791.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 430-432.

N. 2272.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Petro Okuń (Ockhan), magistro curiae reginae Poloniae iunioris,
rogat, ut se et negotia sua reginae Elisabeth commendare velit; filium ado-
lescentem Georgii Kunheim, capitanei Tapiensis, commendat et rogat,
ut eum in aulam suam recipiat («ubi haberet omnis generis virtutum
exemplar, quod imitari possit»).

(Latine).

Cfr. El. XXXVII, N. 816.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 432-434.

Albertus dux in Prussia

archiepiscopo Gnesnensi [Petro Gamrat]

causam duorum consulum Gedanensium, a rege Cracoviam citatorum, commendat.

(Adest textus Germ. in Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 62-64)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 434-438.

Ad Archiepiscopum Gnesensem^{a)}, mutatis mutandis ad Episcopum Plocensem, de caussa duorum consulum Gedanensium, VI Augusti.

Non arbitramur Vestram Reverendissimam Paternitatem oblitam esse, quod nos apud Serenissimum Poloniae Regem, Magnum Ducem Lithuaniae, Russiae, Prussiae etc. Dominum et haeredem, Dominum nostrum clementissimum avunculumque charissimum, in negotio duorum consulum Gedanensium egerimus. Ubi etiam propter Regiae Maiestatis clemens ac vere regium responsum in magnam spem venimus, totum hoc negotium omnemque controversiam cum consulibus sublatum iri, quod nos idem Gedanenses sperare iussimus brevique futurum recepimus. Verum cognoscimus a praedictis consulibus causam aut litem non solum non suspensam, verum eis etiam a Regia Maiestate ad instantiam instigatoris diem dictam, in qua respondere debent sententiamque expectare. Ac profecto mirari satis non possumus, quod ultra quam nobis saepe clementer de hac causa responsum est, hac ratione et via res agitur, praesertim cum in his terris contra bonos et honestos viros, qui iuris iurandi omnisque honestatis ac subiectionis erga suos Dominos et alios memores vivunt (sicut de his viris, quorum nunc caussa agitur, passim per omnes has terras praedicatur), per instigatorem hac via iuris procedi non modo non usitatum^{b)} sit, sed ne auditum quidem. Unde etiam toti civitati honestisque et probis illis viris ea res haud parvam ignominiam et dedecus parit. Vestra igitur Reverendissima Paternitas facile cogitare potest non posse fieri, quin animi subditorum valde commoveantur. Quid inde periculi timendum sit, Vestrae Reverendissimae Paternitati iudicandum atque expendendum relinquimus. Quum itaque nos pro nostra ingenii tenuitate videamus hac ratione multa mala exuscitari posse, libenter pro ea fide et coniunctione, quam Regiae Maiestati debemus, videremus totam hanc causam alia ratione agi aliisque magis clementibus et minus periculosi viis tractari, ita tamen, ne Regiae Maiestatis superioritas minuatur, verum ut subiectione debita et obedientia honoretur atque augeatur, fidissimi etiam et honesti subditi non modo non in periculum famae et fortunarum veniant, sed potius in honesta conditione ac vitae genere permaneant debitamque suarum^{b)} virtutum laudem ferant.

Quare cum his aliisque cogitationibus de hoc negotio occupati essemus, non potuimus praeterire, quin Regiam Maiestatem humiliter de his rebus admoneremus nostrumque illi iudicium de toto hoc negotio literis significarem, quarum exemplar Vestrae Reverendissimae Paternitati transmittimus. Cum igitur proxime Cracoviae cum Reverendissima Vestra Paternitate de huiusmodi rebus diligenter collocti essemus, satis intelleximus Reverendissimam Paternitatem Vestram toti civitati Geda-

nensi necnon duobus consulibus, praesertim propter Generosum ac Strennum^{c)} Ioannem de Werden, Burgrabium ac Consulem Gedanensium, clementer favere negociisque illorum bene velle. Quare non potuimus intermittere, quin Vestram Reverendissimam Paternitatem in eadem causa sollicitaremus, amiceque et fraterne petimus, Vestra Reverendissima Paternitas velit^{d)} fidelissimam civitatem Gedanensem duosque consules, ad Regiam Maiestatem citatos, clementer commendatos habere tantumque apud Regiam Maiestatem efficere, eniti et conari, ut, si res alia ratione aut via tractari non possit, quam ut ipsi, sicut obediens decet, apud Regiam Maiestatem appareant (quod nos semper suasimus suasurique sumus), concedatur illis, ut ante constitutam ac certam diem Maiestati Regiae se sistant, ibique Regia Maiestas de toto hoc negotio ut cum fidelibus et obediens subditis loquatur eisque clemens responsum dare dignetur et benigne absolvat.

Causa, quare rogemus, ut controversia eo, quo diximus modo, agatur et transigatur, supra enumerata est. Estque haec, quae sequitur, non in postremis ponenda. Si praedicti consules ad diem dictam et denuntiata coram iudice apparere debent, poterit is, qui se publicum civitatis hostem aperte profitetur, ita se armare ac praeparare, ut facile eos in via, quantumvis etiam expeditos, aggredi possit, eos capere^{e)} proque suo libitu cum illis agere. Ex qua re fidelissimae huic civitati non parva ignominia, dedecus ac damnum oriretur. Quod tamen hac ratione, qua diximus, aliquo modo praecaveri^{f)} possit. Si enim publicus hostis certum tempus eorum protectionis praescire non potest, haud poterit quoque suas rationes ita instituere, ut eos semper expectet atque observet.

Quod si^{g)} consules in hac protectione, quod Deus prohibeat, hosti succumberent aut caperentur, facile Vestra Reverendissima Paternitas iudicare potest, quantum obtrectacionis Regiae Maiestati a plebe ac populo, qui satis frequens est in ea civitate, oriri possit. Quod nos certo, quantum quidem in nobis est, Maiestati Regiae propter datam fidem et feudum, quo illi adiuncti sumus^{h)}, accidere nollemus. Quare ut huic periculo praeveniri et oboedientia erga Regiam Maiestatem alia commodiore ratione retineri possit, cumque non ignotum sit, a quo et quibus ex causis tota haec actio oriatur Vestraque Reverendissima Paternitas studium et diligentiam suam Gedanensibus in gratiam Generosi et Strenui Ioannis a Werden (qui etiam officiosissime promereri studebit) promiserit, speramus Vestram Reverendissimam Paternitatem his aliisque iustissimis causis motam iri diligenterque apud Regiam Maiestatem oraturam, ut Regia Maiestas se clementem, placidum et placabilem praedictis consulibus exhibere dignetur. Petimusque, ut Reverendissima Paternitas Vestra nobis significet, quid in hac re Regia Maiestas fieri velit, ne huic negotio aliqua ex parte desimus. Id non solum erga Regiam Maiestatem suppliciter, sed etiam erga Reverendissimam Paternitatem Vestram amice et fraterne promereri studebimus. Datae e Regio Monte.

Commissio Principis propria
Melchior Kottingk.

a) in ms. usitarum

b) in ms. bis scriptum.

c) in ms. Strennum

d) in ms. expunctum.

e) in ms. capare

f) correctum ex: praedicari

g) correctum ex: etsi

h) in ms. summus

z) sic in ms.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

«capitaneo in Symno»

de subditis eius, qui «ausi sunt novos limites, vias pontes et alia....absente altera parte instituere», queritur et rogat, ut eosdem subditos suos monere velit, quo in posterum ab eiusmodi gestis abstineant.

(Adest conc. Latinum, cum dato: 31.VII.1543, HBA, B, K.1164).

(Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 67v-69, cum dato 20.VIII.1543)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 441-444.

Capitaneo in Symno de finibus Insterburgensium et Lithuanorum, VI Augusti.

Nobilis ac dilecte.

Cognovimus a Capitaneo arcis nostrae Insterburgk, vos vestraeque iurisdictionis in Symno subditos in terminis Lithuanicis multa inique adversus Insterburgenses, qui vobis sunt vicini quorumque limites ad vos pertingunt, incipere ac^{a)} moliri, nempe quod^{a)} novas vias in ipsis terminis apud Matlaucken instituere et ante III septimanas novas vias facere inceperunt, veteres corrumpere, pontes super flumina a veteribus viis transferre et ad novas applicare, praeterea procerissimam arborem apud Matlaucken, in qua signum limitum ascriptum fuit, deiicere. Quas vias praedictus noster Capitaneus secundo iam, cum primum hoc a vobis tentari videret, corripit ac veteres terminum vel limitum vias restituit. Ad haec praeterito anno etiam duobus in locis vias purgasse dicuntur, ita ut etiam multas arbores, quae signa limitum erant ac in partibus Lithuanicis simul comprehensae, absciderint atque in agris combusserint, et usque ad limitum signa, quae ad nostras partes pertinent, purgaverint et in quibusdam locis octo ulnas aut duodecim, aliquando etiam plures, occupaverint eaque loca hordeo conseverint. Et profecto mira nobis haec res videtur ac valde movemur, quod vestri subditi ausi sunt novos limites, vias, pontes et alia, quae supra enumerata sunt, absente altera parte instituere. Cum in proximo recessu Cracoviae inter Regiam Maiestatem, Dominum Sigismundum Poloniae Regem, Magnum Ducem Lithuaniae etc., Dominum nostrum et avunculum clementissimum, nosque ita convenerit, quod omnes controversiae inter Regiam Maiestatem, Magnum Ducatum Lithuaniae et eius feudis, nostro Ducatu Prussiae^{b)}, usque ad constitutum diem de limitibus terminandis^{c)} reiici debent^{d)} nihilque, quod hactenus constitutum in hac re est, nullo termino aut limitis signo mutato, integre permanere, neque quicquam, quod vicinitati molestiam parere possit^{e)}, aut quod instituto contractui ac unioni adversum est, a quoquam tentari debeat. Quod nos etiam nostris Capitaneis ac Praefectis, quorum iurisdictio fines Lithuanicos attingit, diligenter mandavimus et praecepimus, ne quid ultra, quam dictum est (si tamen ab adversa parte nihil in hac re hostiliter aut aliter, quam vicinos decet, tentetur), incipiant ac facere conentur. Et profecto pro ea fide et feudo, quo Serenissimo Regi Poloniae, Domino et avunculo nostro clementissimo, adiuncti sumus.

Petimus itaque atque hortamur vos pro vestra persona, uti ab his desistere velitis vestraeque ditionis subditos monere eisque mandare, ut desinant (sicut saepe facere solent) novos limites signare, vias novas struere et destruere, sed potius hortari velitis, ut omnia ista negotia iuxta proximi discessus a Regia Maiestate pactum et conventionem ad constitutum diem terminandorum finium reiiciant ab omnique iniuria abstineant. Quod si non desinant ex quadam petulantia aliquid iniuriae Regno Poloniae et Ducatui Prussiae, qui propter feudum illi coniunctus est, inferre (quod tamen aequitate ac foederibus, utriusque nostrum iuramento ac sigillis confirmatis, postulantis, futurum speramus), facile cogitare potestis, quid nobis in hac re pro ea fide, quam his terris debemus, faciendum sit, nempe quod hanc iniuriam ad constitutam diem finium terminandorum apud ordinatos commissarios conquesturi sumus ac flagitaturi, ut nobis de his rebus omnibus satisfiat. Quod vos^d, quo animi nostri de hac re sententiam haberetis, caelare noluimus. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii
Melchior Kottingk.

a) *supra lineam.*

b) *sic in ms., error pro; et eius feudum, nostrum Ducatum Prussiae*

c)-d) *in margine.*

e) *correctum ex: posset*

f) *in ms. nos*

N. 2275.

E Regio Monte, 6.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

*Iusto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
de suo erga Ioannem Łaski benevolo animo.*

Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., ff. 175-176.

Conc. Germanicum, HBA, B, K.1164.

Wir haben uns zu erinnern, wes ir uns negstmals zu Crockaw belangende etc. Johan Lassky vertreulichen angetzeigt, gebetten und angelangt, welchs wir dozimal in bedacht genomen, in maynung, uns daruf zu bedencken, auch was hirinnen thuelich gelegen und bequemen wolde, eur person weiter nicht zu verhalten. Nun ist nicht an, wir seind dem herren Johan Lassky wegen seins ehrlichen herkommens, vortroffentlichen geschickligkeyt und christenthumb, welchs alles wir von euch, auch mher andern rhumen horen und aus sein eigen schrieften erkent, mit sondern gnaden gewogen, tragen pillich mit ime, das er der erkanten warheit halben verfolgung tregt, ein gnedigs mithleiden, in welchem, so es bey uns, er von uns, wir auch mher andern cristlich getrostet und erfreuet werden solte, do es auch fuglich bescheen konthe, wolten wir an unserm vleis nicht gern in thuelichen erwinden lassen, haben demnach in unserer ankunft dem allen mit ernst nachgedacht, auch vleissige und

notwendige nachforschung in geistlichen und weltlichen conditionen und stenden dises unsers furstenthumbs gehapt, und wiewol, Goth sey gelobt, kein mangel ader abgang, welchen der ewige Gott lang verhutten wolle, dieser zeith gefunden, nichtweniger bey diesen jtzigen ferlichen zeiten under dem schein gotlicher ehren allerlei gefharlikeiten sich mit einfleichen (welcher wir doch, her Lasskenn one sey, verhoffen und glauben), die nicht allein dieselbe vertunckeln, sundern auch gemeiner cristlichen kirchen, seinem heiligen worth und sacramenten ergerlich. Derwegen einer jtzlichen obrigkeit geburen will, irem ampt nach darauf mit vleis zu sehen und sovill muglichen, denselbigen verkommungen zu verschaffen, zweifelnde wir nicht, sein person zu beforderung gotlicher ehren, seines heiligen worts und cristlicher sacramenten, welche leider ytzundt harth (doch Got lob vorgebelich) angefochten, allein geneigt, auch der cristlichen confession, so zu Augsburg ubergeben, einhellig und mitstymmig sey, warumb uns nichts zugegen, zu gelegner zeyt mit ime zu bereden. Do wir auch ohne das seiner person in thuelichem, gnedigem und forderlichen willen beweissen konten, wollen wir uns unverweisslicher gebhur zu erzeigen wissen. Solchs haben wir euch vertreulichen als dem wir viel vertrawen, dis stucks halben nith pergen wollen. In gnaden begerende, ir werdet und wolleth es disfals also machen, das uns daraus abgunst und nachteil nicht erweckt. Das seind wir mit gnaden abzunehmen gewogen. Genediglich synnende, wo was von zeitungen, vom Turcken und sunst verhanden, und was wider solch, des Turcken, austrustung und ankunft vorgenommen, sovil zimblich uns durch ewr schreiben vorstendigen. Daran thut ir uns zu dancknemenden gefallen in gnaden widerumb zu erkennen. Dat[um] ut in l[itte] ris.

In folio separato:

Den 6 Augusti ausgang[en],
an Jobsten Ludwig,

1543

Registriert.

N. 2276.

E Regio Monte, 11.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Gôrka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, iterum commendat causam argenti, mercatoribus Vratislaviensibus a praedonibus et latronibus quibusdam, duce eorum Alberto Rychwalski, intercepti, et rogat, ut eis ita adesse velit, quo "deperditum argentum recuperare reique veritatem exquirere ac illius latrocinii ducem ac caput cognoscere possint".

(Latine).

Cfr. El. XXXVII, NN. 796, 802.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 478-480.

N. 2277.

E Regio Monte, 11.VIII.1543.

*Albertus dux in Prussia
proconsuli et consulibus Caunensibus
Arnaldum Olse, subditum suum, commendat et rogat, ut in expediendis ne-
gotiis iudiciariis ei adesse velint.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 43, f. 151.*

N. 2278.

E Regio Monte, 15.VIII.1543.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Odrowgż, palatino Russiae,
litteras eius, 21.VII.1543 Iaroslaviae datas, se accepisse nuntiat et pro pro-
penso erga se animo gratias agit; novarum rerum hoc tempore nihil esse
significat.
(Latine)
Cfr. El. XXXVII, N. 795.
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 444-445.*

N. 2279.

E Regio Monte, 15.VIII.1543.

*Albertus dux in Prussia
Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,
de argento, mercatoribus Vratislaviensibus intercepto, refert et pro eis inter-
cedit.
(Latine).
(Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 64-65)
Cfr. El. XXXVII, NN. 796, 802.
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 445-447.*

N. 2280.

E Regio Monte, 19.VIII.1543.

Capitaneus Thilsensis

capitaneo Jurborgensi [Ioanni Kuncewicz]

explicat rationes, ob quas aliquot ministris suis comitatus "terram Coadiuten" intraverit; de bonis, ad Ducatum Prussiae pertinentibus, ab eo violenter occupatis queritur et postulat, ut ab eiusmodi bonis absteineat.

(Latine)

(Idem Germanice, Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 65v-66v).

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 447-449.

N. 2281.

E Regio Monte, 20.VIII.1543

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de citatione civium Regiomontanorum Cracoviam, post definitivam a se latam et iuri consonam sententiam, prout privilegiis ac libertatibus suis necnon contractui Cracoviae inito repugnante, queritur.

(Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 71-72v).

Cfr. El. XXX, N. 274 et El. XXXVII, N. 807.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 451-454.

Regi Poloniae, XX Augusti.

Pro Bernhardo Bothner, pro relicta vidua Marauni et Christophero Cramer.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Adierunt ad me quidam subditi mei, cives Regiomontani, Bernhardus videlicet Botner, relicta vidua Marauni, senior et iunior Christophori Cromer, graviter libello supplicatorio oblato querentes sibi a suis adversariis, Lucae Kettingi relictis haeredibus, citationem quandam sub Regiae Vestrae Maiestatis sigillo editam esse oblatam, qua illum ob causam, quae inter eos quondam controversa erat quidem, verum coram meae aulae iudicio definitiva sententia finem adepta est, citantur X^o die Septembris mensis, Cracoviae ut compareant et ad praetensam contra mea, mei Ducatus ac subditorum privilegia, immunitates et iura nullam et non admissam appellationem respondeant. Ego vero pro explorato habeo, Serenissimae Regiae Maiestati, summa ac singulari sapientia praeditae, ignotum non esse non solum me, sed etiam omnes meos praedecessores atque etiam has terras earumque incolas illis privilegiis semper usos, ut causa semel coram me acta ac sententia per me lata et pronuntiata, nulla deinde appellatio interponeretur^{a)}, quod etiam foedera Cracoviae ante aliquot annos inita ac sancita comprobant. Taceo, quod omnes Episcopi, Praelati et Palatini incliti Regni Poloniae ita privilegiati sunt, ne contra illa sua privilegia, ut exemplis probari facile possit, mole-

stentur. Itaque bonam spem habeo Vestram Regiam Maiestatem, quae nulli quid detractum, sed quemvis in suo defensum vult, me postremo loco in his atque huiusmodi casibus esse nolle, quin potius me defendendum mihi concessa privilegia, exemptiones ac regalia, quibus instructus ad inclytam Coronam me contuli, sancta et inviolata conservanda clementer censere, nec meos subditos ac cives contra illa enumerata inusitata iudicia trahi aut ad sistendum citari permittere velit, praesertim cum per me illis permittendum non sit, ut ad eam citationem, quae contra initam transactionem ac in violationem meorum privilegiorum ac exemptionum facta est, se sistant, petens suppliciter ac humillime, Serenissima Regia Vestra Maiestas factam citationem abrogare atque iisdem Lucae Kettingi haeredibus, adversariis, simulque Senatui Gedanensi praecise mandare [velit], quo a me lata iuri consona definitiva sententia^{b)} debitam executionem consequatur, nec miseri mei subditi, non habita ratione caussae superioris ac victricis, longiorem moram sustineant, verum ad id, quod legitime illis adiudicatum est, nullo impediendo perveniat^{c)}.

Ad haec etiam, quod ego summa mea meorumque subditorum necessitate compulsus, propter supra adductas rationes, sisti meis subditis permittere nequeo, clementer ac bonam in partem accipere ac interpretari dignetur idque mihi^{d)} meisque (reiectis ac posthabitis Kettingi haeredum importunis postulationibus) inclementer non imputet, quin potius propterea, quod aequitatis sit res plena, clementi ac aequo animo ferat. Id ego erga Regiam Vestram Maiestatem summo studio ac debito officio, ut fidelis vasallus ac pius nepos, promereri enitar. Quam cum cuncta regia familia protectioni ac defensionis divinae commendo. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria.

Ioachimus.

a) *correctum ex:* interponetur

c) *correctum ex:* perveat

b) *correctum ex:* a me latam iuri consonam definitivam sententiam

d) *supra lineam pro expuncto:* meis

N. 2282.

E Regio Monte, 20.VIII.1543

Albertus dux in Prussia

Andreae a Gôrka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro communicatis secum novitatibus gratias agit et alia nova sibi scribi petit.

(Latine)

(Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 66v-67)

Cfr. El. XXXVII, NN. 796, 802.

Ostpr. fol., vol. 52, ff. 450-451.

E Regio Monte, 20.VIII.1543.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]
de civium Regiomontanorum per appellationem Cracoviam citatione queritur et asserit talem citationem privilegiis et immunitatibus suis adversari.*

Cfr. El. XXXVII, N. 807.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 454-455.

Ad Episcopum Plocensem.

De appellatione et citatione quorundam civium Regiomontanorum, XX Augusti.

Conquesti sunt nobis cives nostri Regiomontani ac fideles dilecti, Bernhardus Botner, vidua relicta senioris Marauni ac Cromeri duo, senior ac iunior, se ad praetensae appellationis haeredum Lucae Kottingi instantiam Cracoviam regia citacione vocatos ac citatos, ita ut X mensis Septembris die compareant ac se ibidem iudicio sistant. Quae res non tantum contra usitatum ac semper observatum morem ac consuetudinem harum terrarum fit, sed etiam in violationem nostrorum privilegiorum, iurium ac immunitatum tentatur. Nunquam enim licitum fuit a sententia nostra et praedecessorum nostrorum lata ac pronuntiata ad aliud iudicium appellare, quod nunc quidam non tantum conantur, sed id obtinere manibus pedibusque student. Cum autem hic paucorum non tantum illorum civium, subditorum nostrorum, qui citati sunt, res agatur, verum etiam libertas, incolumitas atque salus harum regionum in his atque huiusmodi aliis sita sit, itaque non potuimus illis citatis, ut se in summam nostrorum nostrique Ducatus perniciem sisterent, permittere. Et quoniam persuasum habemus Vestram Reverendam Paternitatem ex animo nobis bene velle nostrasque res ac negotia in primis suscipere ac adiuvere solere, itaque amice ac fraterne petimus, eadem pro sua in nos benevolentia adiuvere velit, ne nobis contra nostra privilegia, libertatem huius regionis ac semper observatam^{a)} consuetudinem tanta iniuria fiat, ut illis praeter ius ac morem appellatio contra nostros subditos concedatur, imo ut id^{a)} potius decernatur, quo nos in nostris privilegiis, libertate ac a praedecessoribus tradito ac relicto more defendamur nostrique subditi, iniquis^{a)} appellationum citacionibus non vexati, pristina libertate, privilegiis ac iure perfrui queant. Confidimus Reverendam Paternitatem Vestram, tum quod res aequissima est, tum quod nostra eaque, sine qua libertatem pristinam retinere vix posse videmur, summam operam daturam, quo in iustis, licitis ac semper observatis retineamur... Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Ioachimus.

a) *verbum correctum.*

N. 2284.

E Regio Monte, 20.VIII.1543

Albertus dux in Prussia

Stanislao Hosio, canonico Cracoviensi,

*pro Bernardo Bothner, «relicta vidua senioris Marauni» ac duobus Crome-
ris, civibus Regiomontanis, per appellationem ab heredibus Lucae Ket-
ting Cracoviam citatis, intercedit et rogat, ut causam eorum sibi com-
mendatam habeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 456-457.

N. 2285.

E Regio Monte, 20.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Wunsam et Henrico Felckner, mercatoribus argenti (sylderkeufer), se
malleum deposuisse (a cudenda moneta abstinuisse) nuntiat, rogat tamen,
ut — iuxta initum contractum — argentum album ex foro Cracoviensi
ad festum s. Michaelis sibi suppeditent; pro servitiis hucusque sibi exhi-
bitis gratias agit.*

Cfr. El. XLV, N. 41.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 72v-73v.

N. 2286.

E Regio Monte, 24.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*rogat, ut apud imperatorem operam suam iterum interponere velit, quo
«praetensa proscriptio» tandem abrogetur.*

(Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol. 44, ff. 73v-74v, cum dato 27.VIII).

Cfr. El. XXX, N. 274.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 457-459.

Ad Sigismundum Regem Poloniae.

*Petit, ut eius Maiestas apud Caesarem^{a)} instet, quo praetensa pro-
scriptio aliquando cassetur et irrita fiat. 24 Augusti.*

Serenissime Rex.

*Non dubito Regiam Maiestatem Vestram ex communi et constanti
fama, quae passim sermonibus hominum volutatur, cognovisse Roma-
nam Caesaremque Maiestatem¹⁾, divina favente misericordia, in Germa-
niam rediisse. Cuius adventus Deus Optimus Maximus faxit, ut fortuna-
tus, foelix atque faustus sit Suaeque Maiestatis praesentia pax inter chri-
stianos constituatur ac firmetur, quo cruentissimo ac perpetuo christiani
nominis hosti eo maiori potentia, coniunctis omnibus viribus^{b)}, resisti*

queat. Cum autem Regia Vestra Maiestas (quantum ego quidem coniectura assequi possum) non intermissura sit, quin ad Caesaream Maiestatem, quam ut Dominum et amicum charissimum unice amplectitur, legatos aut literas missura sit, arbitror non incommodum atque inconsultum fore, siquidem Caesarea Maiestas alias ac proximis etiam praeteritis Comitibus Ratisponensibus clementer promisit, se operam daturum, quo praetensa^{c)} proscription, qua ego ac subditi mei vehementer onerati sumus^{d)}, tollatur atque cassetur. Ad haec etiam administratore vita functo oblataque nunc tanta tanque oportuna occasione, ut per legatos aut ad minimum per literas apud Caesaream Maiestatem haec causa agatur promissique Maiestas eius admoneatur, quare vehementer ac suppliciter oro, Regia Vestra Maiestas velit (sicut saepe facturam se recepit) de hac causa, in qua maxime de dominio ac proprietate Regiae Vestrae Maiestatis agitur, quaeque maxime ad Vestram Maiestatem eiusque feudum pertinet, clementer sedulo ac diligenter cogitare ac apud Caesaream Maiestatem instare omnemque lapidem movere, quo Caesarea Maiestas eius, antequam e Germania iterum decedat, iniquam proscriptionem irritam faciat atque auferat, ne Regia Maiestas Vestra ultra de possessione sua sollicita esse cogatur, egoque ac subditi mei fidelissimi ab hoc onere ac praetensa proscriptione aliquando liberemur. Ad haec ut, sicut etiam Cracoviae oravi, si alius Magister Ordinis Teutonicorum eligatur, ne permittatur, ut illi insignia Ducatus Prussiae in dedecus feudi inclitae Coronae Poloniae conferantur. Quod omnibus viribus erga Regiam Maiestatem Vestram, ut subditus et vasallus Princeps, promereri studebo... Datae Regio Monte.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Melchior Kottingk.

- a) in ms. Cesaream
- b) in ms. iuribus
- c) in ms. protensa

- d) in ms. summus
- 1) Carolus V.

N. 2287.

E Regio Monte, 27.VIII.1543

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

ad litteras regis, quibus querebatur de casis et tuguriis, a subditis suis in bonis reginae, Simno vocatis, igne combustis; de novis et inusitatis viis, a subditis suis excogitatis, et aliis subditorum suorum facinoribus, respondet.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

(Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol. 44, ff.75v-77)

Cfr. El. XXX, N. 265.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 468-473.

Regi Poloniae.

De finibus Lithuaniae, XXVII Augusti.

Serenissime Rex etc.

Litteras Regiae Maiestatis Vestrae, Cracoviae prima Augusti labentis

huius anni datas, debita cum reverentia accepi. Ex quibus ipsis primo, quod quidam subditi mei dicionis Insterburgensis Olessko, videlicet scultetus ibidem Petrus Podwoysky et Georgius Sudzeykowitz, accusantur, quod casas quasdam et tuguria pro Dominis commissariis, qui ad terminandas^{a)} finium controversias id loci convenerant, structa atque erecta in Regiae Maiestatis Vestrae coniugis ac consortis, Dominae meae clementissimae, solo et fundo proprio, in bonis Szimno sita, coniecto noctu igne combusserint, et quae praeterea iis adiuncta fuere literis, cognovi legensque perspexi. Verum cum hac de re a Capitaneo meo, ad fines terminosque eius loci constituto, quid rei sit, nondum sim factus certior, enixe dabo operam (idque eo etiam magis, quod Regiae Maiestatis Vestrae literae exigere id atque suo quodammodo iure exposcere videntur), ut toto negotio atque eo, quod caput caussae est, bene pleneque cognito habitaque diligenti inquisitione, quod aequum, iustum et ad amicam vicinitatem congruum et accommodatum est, decernatur statuaturque.

Regiam porro Maiestatem Vestram (praemisso subdito meo officio et ex animo obsequendi studio) latere nolo, quod ad legatorum meorum sexto Decembris praeteriti anni MDXLI meo nomine de tuguriis illi habitam instantiam petitionemque, qua postulatum est, ut quaedam tuguria, certis in locis pro receptu Dominorum commissariorum proxime ad renovandas limites finiumque controversias tollendas mittendorum constructa, sarta tecta conservarentur neve diruerentur, hoc Regiae Vestrae Maiestatis nomine responsum datum est: Quandoquidem limitum negotia facta transactaque nondum essent, non videre Maiestatem Vestram Regiam, quid obsit quidve impediat, quominus tuguria ista diruantur. Quare hac mente Maiestas Vestra Regia esset sicque prorsus vellet, iuberet, ut tuguria illa tam in Magno Lithuaniae Ducatu, quam in hac parte mei Ducatus Prussiae, quam primum diruerentur, tollerentur ac solo aequarentur. Quod quidem ad opus perficiendum Regia Vestra Maiestas ultimam Carnisprivii Dominicam sequentis 1542 anni constituit. Tum mihi insuper Maiestas Vestra Regia (quod iustum omniique dignum laude decet Regem) clementer significare dignata est, daturam Maiestatem Vestram operam, ut utrobique, tum in Magno Ducatu suo Lithuaniae, tum in meo ipsius solo fundoque Prussiae, servaretur aequalitas ac plane quod id partis iustum esset, id ipsum nostra hac in parte concessum admissumque esse deberet. Hinc tuguria, in solo fundoque meo cis granities sita, ab incolis Magni Lithuaniae Ducatus extemplo vi deiecta combustaque sunt, nihilominus tuguriis tamen illis a Lithuanis exstructis (qua de causa nescio, certe de Regiae Vestrae Maiestatis praescientia haudquaquam factum suspicor, cum contra eiusdem mandatum sit) hactenus integre conservatis. Sed utut haec sunt, ego inquisitione de his rebus omnibus diligenti et accurata, ut supradictum est, habita, tum ut agnoscat Maiestas Vestra Regia propensam meam erga se gratificandi voluntatem et obsequendi studium semper promptum, tum etiam ut Suae Maiestatis literas maximum apud me pondus habere intelligat, in isto ipso negotio, quod rei exigit aequitas [et] norma, quoad rationes meae patientur, statuam atque decernam, vicissim a Maiestate Vestra Regia amice, vehementer ac suppliciter etiam atque etiam petens, ut, si plus tuguriorum superest, ea non aliter ac mea Maiestas Vestra Regia curet, mandet, iubeat suffringi ac dirui, nec minus edicto caveat, ne post-hac et futuro tempore nova tuguria in meo solo atque fundo extruantur eriganturque.

Quod ad subditos meos attinet, qui novas et inusitatas quasdam vias, quibus mercibus suis in Lithuaniam transportandis utantur, excogitasse feruntur, haud dubito, quin Maiestas Vestra Regia in memoria habeat ea, quae superioribus diebus eidem de toto istoc negotio diligenter pluribusque verbis copiose perscripserim, quam videlicet non solum parum vicinos, sed plane iniquos sese subditi dicionis Szymno, praesertim autem ipse ibidem Capitaneus, erga meos exhibeant. Quod totum pactis, conventionibus et contractibus inter Regiam Vestram Maiestatem et me conclusis, scriptis, iuratis et confirmatis adversatur et extreme repugnat. Sperans confidensque Regiam Maiestatem Vestram id meum scriptum non accepisse modo, verum etiam percepisse ac legendo cognovisse. Nec enim dubito quicquam, quin eadem Maiestas Vestra Regia clementer, quod ad conservandam bonam et amicam vicinitatem pertinet (id quod unice et suppliciter hisce peto), curatura sit. Ex quo perspicere mihi liceat Maiestatem Vestram Regiam erga suum Regnique tocius feudum, meum hunc Prussiae Ducatum, clementer ac ita plane affectum, ut facile sit propensam et amicam Regiae Maiestatis Vestrae voluntatem inde coniicere, quodque non illud modo feudum, verum etiam omnia reliqua pacta, conventiones, condiciones rata, certa et inviolata habere omnino velit. Quod superest, Regia Vestra [Maiestas] omnia haec^{b)} negotia loci, donec finium controversiae terminabuntur, suspensa et quietata esse, nec intempestivis illis limitum quaestionibus locum dare velit, imo in hoc incumbat potius, ne Regiae Vestrae Maiestatis animus inordinatis istis consiliis inturbetur ac laedatur. Tandemque Maiestas Vestra Regia, ut bona vicinitas inter utriusque partis subditos ad tempus usque finibus regundis constitutum conservetur contentionesque deponantur, conficiat^{c)}.

Haec ad Regiae Vestrae Maiestatis literas bono, amico debitoque studio responsi loco scribendum non ab re existimavi, Regiae etenim Maiestati Vestrae summo studio totisque viribus, nullis nec impensis nec impensis nec sumptibus parcens, imo cum discrimine vitae sanguinisque profusione, ut fidelem^{d)} feudatarium decet Principem, ubique et omni tempore inservire promptus sum atque paratus. Caeterum Regiam Maiestatem Vestram una cum eiusdem familia regia universa Deo Optimo Maximo ab omnibus incommotis semper salvam conservandam, me vero meosque subditos omnes in eiusdem Regiae Maiestatis Vestrae gratiam, favorem, clientelam et fidem amice, subdite ac diligenter commendo. Datae ex Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione
Cancellarii.
Constantinus.

a) *correctum ex*: terminandis
b) *in ms.* hoc

c) *in ms.* conficeat
d) *in ms.* fidelium

N. 2288.

E Regio Monte, 27.VIII.1543

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
pro litteris «humanitate plenis» gratias agit; felicem in Lithuaniam adven-*

tum ei gratulatur; pro parentum litteris sibi transmissis gratias agit et responsum ad eas adiungit; rogat, ut sibi «clemens rex et benignus consobrinus» esse velit et efficere, ne Ducatui suo «ulla imminutio aut privilegiorum violatio, fiat»; inclusa mittit exempla litterarum ad regem seniore et reginam Bonam missarum.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 268.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 459-461.

N. 2289.

E Regio Monte, 27.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

ad querelas reginae de iniuriis et damnis a subditis suis in bonis reginae, Symno dictis, illatis prolixius respondet.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

(Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 77v-81, cum dato 28.VIII)

Cfr. El. XXX, N. 266.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 461-468.

Ad Bonam Poloniae Reginam.

De finibus Lithuanicis, XXVII Augusti.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Literas Reginalis Maiestatis Vestrae, 1 Augusti currentis anni Cracoviae datas, ea, qua decuit, reverentia accepi et perlegi, quantumque opus fuit, intellexi. Quod igitur Reginalis Maiestas Vestra monet, ut in memoriam revocem, quid proxime Cracoviae, cum essem in nuptiis Reginalis Maiestatis Vestrae dilectissimi filii, Serenissimi ac Potentissimi Principis Sigismundi Augusti, Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae Domini et haeredis, Domini mei clementissimi et consobrini charissimi, facturum me promiserim, nempe quod velim me erga Reginalem Maiestatem Vestram eiusque bona in Lithuania, Ducatum meum Prussiae contingentia, ita exhibere, ne quis me ut malum vicinum accusare possit, mihi id ipsum memoria haud excidissem pro certo affirmare possum speroque me omnia ea fecisse conatumque esse (sicut etiam feudum ipsum sanguinisque coniunctio requirunt), quae ad Vestrae Reginalis Maiestatis honorem bonaeque vicinitatis coniunctionem pertinet. Idemque meis Praefectis ac Capitaneis (si nihil tandem hostile aut per vim erga inclitae Coronae feudum Ducatumque meum Prussiae ab adversa parte tentaretur) diligenter ac severe mandavi.

Quantum autem iniuriarum ac molestiarum contra inita foedera ac pacta a Reginalis Maiestatis Vestrae Capitaneis ac Praefectis in finibus Lithuaniae multoties mihi ac meis iam illatum sit hodieque adhuc inferatur, luce clarius est, neque dubito, quod idem in terminatione finium magis elucebit. Quod Praefectus Reginalis Maiestatis Vestrae in Symno Capitaneo meo in Insterburg paulo durius ac praeterquam decebat severe scripsit, plane me fugit, neque dubito tamen Capitaneum meum

de omnibus, quaecumque in hac re fecit, cuique posse facti sui rationem reddere. Non intermittam autem, cum primum domum redierit (quorundam enim negotiorum ergo, quae brevi transacta iri spero, nunc abest), ab eo, quomodo haec facta sint, diligenter cognoscere, mandaboque, ut ab iis, quae amicitiam^{a)} laedere possint initoque ac iurato foederi^{b)} contraria sunt (ita tamen, si nihil in hac re regio feudo ac meo dominio decedat), abstineat. Magnopere sperans Regiam Maiestatem Vestram suis Praefectis in finibus Lithuaniae, iuxta quod mihi regie ac clementer promisit, ut idem praestent, mandaturam in eosque, qui contra faciunt, debito modo animadversuram. Plane autem ignoro, quid mei subditi combustione^{c)} aliquot casarum vel tuguriolorum, in Reginalis Maiestatis Vestrae bonis Symno sitorum, perpetraverint, neque quicquam de hac re a Capitaneo meo intellexi^{d)}. Cum autem Vestra Reginalis Maiestas hoc mihi literis significaverit, non praeteribo, quin quoquo modo haec acta sint, diligenter ab eo vel eius officialibus cognoscam, ac postquam cognovero certeque haec omnia rescivero, faciam, ut id, quod aequitas, ius ac bona vicinitas postulat, fiat.

Non possum autem praeterire, quin Reginali Vestrae Maiestati subdite ac amice significem, quod per meos legatos sexto Decembris anni 41 praeteriti apud Serenissimum ac Potentissimum Principem Dominum Sigismundum Poloniae Regem, Magnum Ducem Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae Dominum et haeredem, Vestrae Reginalis Maiestatis Dominum ac consortem dilectissimum, Dominum meum clementissimum et avunculum charissimum, suppliciter ac sedulo egerim, ut aliquot tuguriola, in finibus Lithuanicis exstructa, in usum commissariorum, qui mittendi erant ad fines terminandos, integra ac inviolata relinquerentur. Praedicti autem legati hoc responsum regium retulerunt: Siquidem causa totumque negotium finium regundorum ad certum finem perducere non potuerit, non posse Regiam Maiestatem Suam perspicere, quam ob causam tuguriola destruere non deberent. Velle tamen Regiam Maiestatem, ut casae illae tam in partibus Magni Ducatus Lithuaniae, quam Ducis Prussiae, poenitus demoliantur ac destruantur. Cuius rei tempus certum, Dominicam ultimam Carnisprivii, constituit Regiaeque Maiestas eius, ut iustum et laudabilem Regem decet, sancte promisit ac recepit, quod aequalitas tam in Magno Ducatu Lithuaniae, quam meo Ducatu Prussiae, praestari deberet et quicquid ex altera parte iuste fieri videretur, idem et in hac fieri debere. Postea tuguria in meo solo atque fundo meaque parte finium sita, vi quadam ab incolis Magni Ducatus Lithuaniae diruta ac combusta sunt, verum tuguriola, quae a Lithuanis etiam in meo fundo exstructa erant, contra Regiae Maiestatis mandatum indestructa hucusque remanserunt. Ego tamen, cum certi quicquam de hac re cognovero, iusta ac debita submissione ad Vestrae Reginalis Maiestatis literas respondere non intermittam. Ac profecto non potest mihi quicquam gravius accidere, quam quod ex Reginalis Maiestatis Vestrae literis cognosco subditos meos veteres et usitatas vias praeterire ac novas ad merces in Lithuaniam transvehendas quaerere veteresque pontes abiicere. Non enim ullo modo concedendum arbitror, ut contra initos contractus et foedera veteres viae demoliantur novaeque instituantur.

Verum non possum non etiam Vestrae Reginali Maiestati hoc significare, quod ex literis Praefecti mei in Insterburgk pro certo cognovi, quod Vestrae Reginalis Maiestatis Capitaneus in Symno cum subditis^{e)} illorum locorum multa hostilia adversus mei Ducatus fines ac terminos

in Insterburgk molitus est. Scribit enim novos terminos eum apud Malauken instituisse et ante paucos menses novas etiam vias finium vi quadam purgasse, veteres deiectis magnis arboribus et truncis obstruxisse, pontes a veteribus viis abstulisse et novis applicasse, procerissimam arborem, quae praecipuum signum finium erat (ut ego a meis accepi) deiecis. Ad haec praeterito anno ita loca illa purgavit, ut simul etiam arbores, quibus signa limitum insculpta erant, sub partibus Lithuanicis comprehenderet, quasdam^{f)} etiam deiiceret ac in agris combureret, idque usque ad signa limitum in partibus mei Ducatus, in quibusdam etiam locis spacium unius virgae, in aliis sesquialterae, in multis plus occupavit, quae hordeo subditi conseruerunt.

Quae omnia certo scio atque credo magis ex quadam petulantia Capitanei in Symno subditorumque suorum, quam ex consilio Reginalis Vestrae Maiestatis, quae omnibus in rebus iustitiae atque pacis magis amans est, quam discordiarum atque iniuriarum, oriri factaque esse. Quare ad integre retinendum regii feudi meique Ducatus ius pro ea fide, qua ego Regiae Maiestati inclitaeque Coronae Poloniae adiunctus sum, Praefectus meus loca illa, quae Vestrae Reginalis Maiestatis subditi contra foedera ac Regiae Maiestatis mandatum araverant atque conseruerant, contrivit, vias quoque, quas illi in mei Ducatus parte ad mille passus occupaverant, in fines retraxit. Praeterea novas vias secundo iam obstruxit veteresque repurgavit, idque nulla alia causa inductus fecit, quam quod regii feudi ac mei Ducatus integram possessionem et ius^{g)} retinere cupit, quo Ducatui nihil decedat, sicut in finium terminatione, Deo volente, apparebit. Vestram itaque Reginalem Maiestatem obnixe oro, velit suis subditis mandare, primo si adhuc plura tuguriola in Vestrae Maiestatis parte aut meo solo atque fundo reliqua sunt, ut ea iuxta mandatum Regiae Maiestatis, Domini et consortis Maiestatis Vestrae dilectissimi, diruantur, deinde ne in receptum commissariorum in mei Ducatus proprietate alia aedificent, postremo omnes dissensiones ad diem finium regundorum reiiciantur. Nihilominus etiam subditis suis in finibus Lithuanicis prohibere velit, ne signa limitum ponant neve veteres pontes destruant novosque instituant, ad haec ne novas vias purgent, veteres obstruant, in summa, ne quid iniqui tentent atque moliantur. Id ego etiam in mea parte meis diligenter ac sedulo, ut faciant, mandabo. Hoc si factum fuerit, nomini Reginalis Maiestatis Vestrae tam illustri tantum gloriae splendorisque adiiciet, quantum ulla alia ex re hoc quidem tempore posse assequi vix ullo modo credendum.

Addo, quod ex utraque quoque parte facilius bonam gratiam vicinitatemque hac ratione conservatam iri puto, me certe ita sibi Reginalis Maiestas Vestra devinciet^{h)}, ut omnium maximum benefactorum et meritorum cumulum suis prioribus meritis addidisse sim existimaturus. Haec habui, quae Reginali Maiestati Vestrae ad proximasⁱ⁾ ad me datas literas respondere necessaria videbantur. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Melchior Kottingk.

a) in ms. amicitiam

b) correctum ex: foedere

c) in ms. combustione

d) correctum ex: intellexit

e) in ms. subditus

f) correctum ex: quibusdam

g) in ms. vis

h) in ms. devincet

i) in ms. proximis

N. 2290.

E Regio Monte, 27.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Fabiano Czema (Zceme), succamerario Pomeraniae,

de regis iunioris felici in Lithuaniam adventu gaudet; alia nova sibi perscribi petit; regis senioris infirmitatem non diuturnam fore et pestem Cracoviae saevientem brevi cessaturam sperat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 74v-75.

N. 2291.

E Regio Monte, 30.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

*causam Bernardi Aichner, «civis olim oppidi Clausen, sub imperio Sere-
nissimi Romanorum, Hungariae atque Bohemiae Regis... siti» ...,
«cui cum unica sorore sua paterna bona (ut ipse quidem sancte affir-
mat) propter exiguum parentis delictum prorsus erepta sunt», com-
mendat et rogat, ut a socero suo, rege Ferdinando, impetret, quo miser
homo eadem bona recuperare possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 473-475.

N. 2292.

E Regio Monte, 30.VIII.1543.

Albertus dux in Prussia

reginae Poloniae iuniori [Elisabeth]

*pro Bernardo Eychner (vel Aichner), cive Riesenburgensi, intercedit et rogat,
ut causam eius apud regem Romanorum ita promovere velit, quo bona
quaedam, in oppido Klausen (Clausen yhn Eytzschlandt, Chiusa all'I-
sarco) patri eius — propter leve, ut scribit, facinus — ablata, post patris
mortem ei restituantur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 81-82.

N. 2293.

E Regio Monte, 1.IX.1543.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,

*litteras Ioannis Friderici, Saxoniae electoris, ad se missas et ad eum (An-
dream a Górka) inscriptas, transmittit; rogat, ut sibi ea, quae de Turca
et aliis ad eum perferuntur, prescribere velit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 808.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 474-477.

N. 2294.

E Regio Monte, 13.IX.1543.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Stankiewicz Bielewicz, gubernatori Samogitiae,
pro filio eius Nicolao, ad commendationem Ioannis Hlebowicz (Glibo-
witz), palatini Vilhensis, in servitutum et gratiam suam recepto, tanta
gratiarum actione non opus fuisse nuntiat; pro equis sibi dono missis
gratias agit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 797.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K.1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 480-482.

N. 2295.

E Regio Monte, 20.IX.1543.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Stankiewicz Bielewicz, gubernatori Samogitiae,
pro Anna, Ioannis Feierabend vidua, nunc Stephani Clausen uxore, cum
Thoma Ranisch quasdam controversias habente, intercedit et rogat, ut
causam eiusdem matronae ac eius mariti sibi commendatam habeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 477-478.

N. 2296.

E Regio Monte, 28.IX.1543.

Albertus dux in Prussia

universis

*ad componendam et dirimendam controversiam de finibus inter praefectu-
ram Simno (Symno), in Magno Ducatu Lithuaniae sitam, et suam
Insterburgensem, necnon de iniuriis ac violentiis utrinque in confiniis
illatis et perpetratis, se legatos suos, plena potestate praeditos, nomi-
nasse nuntiat: Andream Rippen, capitaneum in Caymen, Georgium
Brunsart et Assuerum Brandt, eosque ad constitutum tempus et locum
ablegasse, ut una cum regiis designatis commissariis rem totam accu-
rate inspiciant et ad se referant.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 265, 266.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 482-484.

N. 2297.

E Regio Monte, 28.IX.1543.

Albertus dux in Prussia

Iusto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto, litteras, quas tabellarius suus ob pestem Cracoviae saevientem ei tradere non potuit, iterum mittit; negotia sua commendat; reliquas litteras eis, quibus inscriptae sunt, transmitti petit.

(Germanice)

Cfr. El. XLIX, N. 459.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 82-82v.

N. 2298.

E Regio Monte, 30.IX.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de iniuria servitori Friderici ab Oelsnitz (Olschinitz), curiae suae marscalci et capitanei Hohensteinensis, a capitaneo Varsaviensi [Ioanne Dzierzowski] illata conqueritur et rogat, ut dicti marscalci sui servitor e vinculis liberetur atque duo equi eunuchi, contra ius et aequum ei adempti, restituantur.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K, 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 484-485.

N. 2299.

E Regio Monte, 30.IX.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Dzierzowski (Dzierkowski), capitaneo Varsaviensi,

de gravi iniuria, Christophoro Przyborowski, Friderici ab Oelsnitz, curiae suae marscalci, servitori, ab eo illata (cui scil. duo equi eunuchi iusto pretio empti et in Prussiam adducendi Varsaviae intercepti sunt et ipse in carcerem coniectus), miratur et queritur rogans, ut dicto Przyborowski sine mora iustitia administretur et res ablatae restituantur.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K, 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 485-487.

N. 2300.

E Regio Monte, 4.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo (Terle), vexillifero Sandomiriensi, utroque rege Cracovia absente, nuntium suum litteras suas eis reddere non potuisse significat; easdem igitur litteras denuo transmittit rogans, ut eas regi iuniori tradendas curet et de interposita mora se penes regem excusari iubet.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 82v-83.

N. 2301.

E Regio Monte, 5.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Petro Dameraw Wojanowski

se a cane morsum esse nuntiat ideoque hactenus non potuisse ad litteras eius autographas manu propria respondere; sperat tamen futurum, ut brevi id facere possit; interea temporis rogat, ut nomine suo regem salutet eique obsequia sua deferat.

(Germanice)

Cfr. El. XLIX, NN. 455, 458.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 83v-84.

N. 2302.

E Regio Monte, 7.X.1543.

Albertus dux in Prussia

«domino Bielewitz» [Ioanni Stankiewicz Bielewicz, gubernatori Samogitiae]

Abrahamum [Culvensem], iuris utriusque doctorem, "propter certa quaedam, tum publica, tum privata negotia in patriam suam proficisci in animo habentem", commendat et rogat, ut ei in negotiis suis bene expediendis adesse eumque ab omni iniuria protegere ac defendere velit.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Iam ed. Th. Wotschke, Abraham Culvensis, Altpreussische Monatsschrift, 42. Band, Königsberg, 1905, Beilage XII.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 487-488.

N. 2303.

E Regio Monte, 9.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Szafraniec de Pieskowa Skala, secretario regio,

litteras eius, 25.IX. ex Włoszczowa (Włoszowa) datas, se accepisse nuntiat; de mora in filii eius in aulam suam transmissione, adversa eius valetudine provocata, eum pro excusato habet et pristinae valetudinis restitutionem ei exoptat; Ioannem Kietliński (Kyetlinsky), amicum eius, se clementer suscepisse, exaudisse et ad omnia ei concredita respondisse significat.

(Latine, adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 84-85).

Cfr. El. XLIX, N. 456.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 489-491.

N. 2304.

E Regio Monte, 11.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro civibus civitatis Embeccensis (in textu Germ. Embeck, Einbeck), quae ingenti incendio deflagravit et cives ad summam paupertatem redacti sunt, intercedit et rogat, ut eis rex "aliquo munere subvenire dignaretur, quo publica ac privata civitatis aedificia reaedificare facilius possint".

(Latine, adest textus Germ., cum dato: 10.X.1543, Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 85-85v).

Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 491-492.

N. 2305.

E Regio Monte, 11.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

ad litteras regis de "causa Hermensdorffiana", 30.VII.1543 datas, prolixius respondet.

(Latine)

Conc. Latinum, HBA, B, K. 1164.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, peste in Regno Poloniae grassante, scire cupit, quae sit regis, totius domus regiae et eius (Ioannis Tarnowski) valetudo et status; pro diligentia in negotio suo monetario promovendo adhibita gratias agit et iterum idem negotium commendat; pro communicatis novitatibus gratias agit et de multorum ignavia et incuria - periculo Turcico imminente - dolet.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

(Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 85v-87).

Cfr. El. XXXVII, N. 804.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 492-497.

Domino Ioanni Comiti a Tharnau, Castellano Cracoviensi.

Petit, ut Regiae Maiestatis et Suae Illustritatis statum ac conditionem et, si quae nova sunt, sibi perscribat. XI Octobris.

Literas Illustritatis Vestrae, in Osiek ultima Augusti praesentis huius anni datas, accepimus sensumque earum (quem modo repetere, ne et haec res molestiam tediumque Illustritati Vestrae pariat, supervacaneum arbitrati sumus^{a)}) legendo perspeximus atque cognovimus. Cum autem palam sit tempora nunc ubique gentium maxime turbulenta et difficilia esse, tum permissu Dei Optimi Maximi a peste undiqueque grassante Regno Poloniae periculum non exiguum imminere, visum nobis est pro veteri nostra necessitudine et amicitia fraterna ac mutua, quae inter nos non nuper admodum inita, verum multos iam inde annos est, mutuisque indies officiis crescit, Illustritatem Vestram hoc nuntio proprio invisere, ea maxime de causa, quod sermone multorum ad nos perlatum est Sacram Regiam Poloniae Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et avunculum charissimum, propter intolerabilem aeris incommoditatem et horrendam merito cunctis fugiendam mortalibus contagionem, hinc inde semigrare nullamque stabilem sedem habere, ita sane ut tandem se ad^{b)} Illustritatem Vestram conferre necesse habuerit. Quibus quidem nos rumoribus vehementer perculsi sumus^{a)} eamque rem aegerimo percepimus animo, haud dubiae divinae vindictae signa inde colligentes. Hisce de causis intermittere non potuimus, quin in hac omnium rerum perturbatione praesentium exhibitorum ad Illustritatem Vestram ablegaremus, ut ad eius reditum, quid Sacra Regia Maiestas Vestraque Illustritas valeat et quis Suae Illustritatis status, hoc iniquissimo praesertim tempore, sit, certo comperire possemus. Ergo si Maiestati Regiae una cum laudabili regia domo universa, Vestrae item Illustritati suisque amicis et coniunctis omnibus bene, foeliciter, ex voto animique sententia cuncta succederent atque tum ab animo, tum a corpore belle valerent omnes, esset nobis auditu iucundissimum.

Caeterum ex Illustritatis Vestrae literis promptam eiusdem et pensam ad bene de nobis merendum voluntatem et paratum inserviendi animum facile perspeximus. Causam etenim nostram, quod ad obtinenda conservandaque privilegia nostra, praecipue vero quod ad monetarium spectat negotium, Illustritas Vestra apud Regiam Maiestatem et inclytum Regni Senatum (qua quidem de re maximas habemus Illustritati

Vestrae gratias) ea cura, diligentia, studio promovit, ut appareat eam nobis magnopere in hoc commodasse. Quare porro etiam maiorem in modum amice et fraterne petimus, quatenus Illustritas Vestra causas nostrae patrocinium suscipere eamque tum in Comitibus et conventibus regiis, tum alias, sicuti de ea agi coeptum fuerit, commendatam sibi esse (quod prorsus confidimus) velit, sicque omnino ad Regiam Maiestatem inclytumque Regni Senatum nos nostraque negotia provehere dignetur, ne nobis, nostrarum terrarum incolis, subditis nostris fidelibus, privilegia vetera, quibus hactenus bene, quiete et sine interpellatione usi, quaeque adeo nobiscum in laudabile Poloniae Regnum inveximus et attulimus, imminuantur eripianturque, verum ut iis in ocio et tranquillitate sine ulla perturbatione porro frui liceat. Ad quam rem conficiendam cum Illustritas Vestra media accommodata norit, petimus obnixi, ut fundamenta iacere et cum ratione substruere apud eos viros iisque in locis, quibus convenit, quam potest non negligat.

Quod Illustritas Vestra nova de Hungaria nobis communicavit, magnas ei habemus gratias. Sed hic iure optimo conquerimur, quod in hac temporis iniquitate et atrocitate, dum christianae^{c)} nostrae fidei hostis, Turcorum tyrannus (permissu nimirum Dei, qui nostra peccata variis modis punit) adeo crescit ac indies auctus novis victoriis superbit, ut se invictum plane existimet, ac dum miserum et derelictum christianorum populum crudeliter et immaniter saevit, nemo quisque de ferendo miseris auxilio et propulsando capitali hoste cogitat. In primis vero illud nos angit et excruciat, quod apud quosdam Illustritati Vestrae probe cognitos haec res, cui communi consilio omnes subvenire merito debebant, adeo contemnitur et plane ventis^{d)}, ut aiunt, committitur, ut ne unus quidem ea consideret media, quibus hoc maxime oportuno tempore, adhibito Dei omnipotentis auxilio, favore et gratia, hostis potentissimus^{e)} reprimendus sit ac devincendus.

Quod ad Illustritatis Vestrae personam attinet, nihil hercle dubitamus, imo pro certo exploratoque habemus, eam non consulendo solum, sed hortando, monendo, instigando aliisque rebus omnibus, quae ad Poloniae Regni et christianorum omnium salutem, commodum, provectum pertinere arbitratur, nihil praetermittere. Deus ille omnipotens paternam suam iram, iustis meritis de causis conceptam, mitigare et pro divina sua voluntate Turcicam istam rabiem clementer avertere omniaque ad nominis sui laudem gloriamque propagandam mutare dignetur.

Quod reliquum est, Illustritatem Vestram vehementer, amice ac fraterne petimus, ne tum omnem Regiae Maiestatis Vestraeque Illustritatis hoc tempore statum ac conditionem diligenter nobis perscribere, tum si quid ex Hungaria aliisque terrae partibus interea Illustritati Vestrae novarum rerum allatum est (quas quidem cognitione nostra et relatione Illustritas Vestra dignas duxerit), significare gravetur. Hoc nos erga Illustritatem Vestram (quam divinae interim clementiae defensionique ab omni malo et incommodo conservandam committimus) fraterna voluntate, studiis officiisque amicis promerebimur. Atque haec Illustritati Vestrae ad eiusdem literas responsi loco remittenda duximus. Ex Regio Monte, ut supra.

Princeps audivit legere et placuit.
Constantinus.

a) in ms. summus

b) sequitur expunctum: Vestram

c) in ms. christiani

d) correctum ex: veritos

e) verbum correctum.

N. 2306a.

E Regio Monte, 16.X.1543.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
officia sua offert in una ex filiabus regis cum uno ex fratribus regis Daniae
matrimonio iungenda.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., ff. 180-181.

N. 2307.

E Regio Monte, 16.X.1543.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
rogat, ut pro duobus consulibus Gedanensibus operam suam apud regem se-
niorem interponere velit.*

(Adest conc. Latinum sine dato, HBA, B, K. 1164).

(Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 87-88v)

Cfr. El. XXX, N. 275.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 499-502.

Iuniori Regi Poloniae.

*Petit, ut intercedat apud parentem pro consulibus Gedanensibus,
XVI Octobris.*

Clementissime Domine ac Consobrine Charissime.

Quandoquidem Regia Vestra Maiestas procul dubio certior facta est, quod certis de causis iisque, citra iactantiam, fideliterque bene probe a me consideratis, apud Regiae Vestrae Maiestatis parentem, Poloniae Regem, Magnum Ducem Lithuaniae, Russiae, Prussiae et Mazoviae etc. Dominum et haeredem, Dominum meum clementissimum et avunculum charissimum, Cracoviae non modo coram, sed alias etiam per literas nomine citatorum duorum consulum Gedanensium subdite bono consilio suppliciterque egi, scripsi ac petii, quo Regia Sua Maiestas multis variis nec levibus de causis, propter meam illam praesens factam intercessionem ac supplicationem scriptam, tamquam clementem, benignum summeque laudabilem Regem et Dominum decet, erga ipsos se exhibere dignaretur. Ego vero ex responso, quod Regia Sua Maiestas Dominis Praelatis^{a)}, Palatinis, Castellanis ac aliis ordinibus regiae suae partis Prussiae dedit, tantum intellexi ac cognovi Regiam Maiestatem de infenso inclementique suo animo in ipsos Gedanenses parum admodum remisisse nihilque mitiorem factam. Quapropter meo quidem iudicio, quod exiguum est, utrique parti, tam Suae Regiae Maiestati, quam etiam ipsis Gedanensibus, non profuturum modo, verum etiam summe necessarium fore arbitror, ut primo quoque tempore ea de re apud Regiam Maiestatem intercedatur, ne subditorum mentes porro laedantur et exacerbentur, imo pocius, ut omnis animorum exulceratio per Regiae Maiestatis clementiam bonitatemque praecaveatur ac tollatur, ita prorsus, ut ii, qui ad gubernacula eius civitatis sedent, maiore cum voluptate in imperio suoque officioque²⁾ retineantur. Itaque subdite, vehementer et

amice peto, quatenus Regia Vestra Maiestas (cuius haud dubie intercessio plurimum ponderis habitura ac consulibus illis multum commodi ac emolumenti paritura est) meo nomine ipsis ope, opera et auxilio adesse istudque ipsum negotium promovere ac ea media excogitare dignetur, quo haec res leviori via et citra diffamationem derogationemque honoris eorum transigatur, nempe hoc modo mandetur, ut praedicti duo consules ante diem dictam coram Regia Sua Maiestate compareant, ubi Regia Maiestas, quantum caussae ipsius difficultas itemque necessitas exigere videbitur, cum ipsis de omnibus et singulis conceptis gravaminibus (non tamen citra regiam clementiam et lenitatem) expostulare, ipsorum responsum planum nec ambiguum nec intricatum audire ac porro regiam, clementem, benignam ac plane speratam dimissionem et absolutionem (quod ego unice suppliciterque peto) concedere non gravetur.

Hac ratione sine dubio tum Regiae Maiestatis autoritas conservabitur, tum immortalis ipsius laus, decus et honor inde sequetur. Nihilominus uterque consulum cum universa regia urbe Gedanensi talem regiam illam gratiam ac clementiam subdito studio summe praedicare habebunt et hoc pacto sane incitabuntur ac devinciuntur, ut Regiae Maiestati maiorem fidem, obedientiam subditaque studia (quae citra haec debite et obsequiose, quantum ego quidem intellexi, hactenus ab ipsis facta sunt) praestare connitantur. Et ego de Maiestate Regia omni meo summo studio ac facultate promereri promptus paratusque sum. Neque ad haec me scribenda aliud quam mea fides et necessitudo, qua ego Vestrae Maiestati eiusdemque suavissimo parenti, necnon inclytae Poloniae Coronae devinctus et obstrictus sum, commovit, quodque multis et pluribus de causis, nec iis quidem levibus et contemnendis, haec negotia transacta libenter viderem. Quicquid ego in hac re facere, adiuvere, promovere potero, Maiestas Vestra Regia ad eiusdem mandata et scriptum me, tamquam fidelem, obsequiosum et devinctum semper, promptum et paratum habebit. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria
Constantinus.

a) in margine.

z) sic in ms.

N. 2308.

E Regio Monte, 16.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Gôrka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, de suo futuro 11.XI. cum 60 vel 70 equis ac comitibus Posnaniam adventu (ut ibi cum Friderico duce Legnicensi conveniat) nuntiat et rogat, ut Antonio a Lehwalt, culinae suae magistro, ad paranda diversoria ac hospitia a se praemisso, adesse et opem ferre velit, "quo omnia facilius expedire ac exequi possit".

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 809.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 497-498.

N. 2309.

E Regio Monte, 16.X.1543.

Albertus dux in Prussia

regi Angliae [Henrico VIII]

sicut quotannis facere solet, 12 falcones dono mittit; subditos suos eorumque naves, quoties in Regnum Angliae appulerint suaque negotia exercuerint, commendat; scire cupit, an uxor eius, "ex Iuliensium ducum clarissima stirpe procreata" [Anna, quacum tamen Henricus VIII a. 1540 divortium fecit], album nismum illi a se missum acceperit; in reaedificanda arce sua Brandenburgensi, gravissimis bellis superioribus temporibus gestis devastata ac pene solo aequata, auxilium expetit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 502-505.

N. 2310.

E Regio Monte, 16.X.1543.

Albertus dux in Prussia

regi Galliae [Francisco I]

12 falcones dono mittit et optat, ut "gravibus et maximis rebus ac occupationibus defatigatum animum" eius recreent ac relaxent.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 505-506.

N. 2311.

E Regio Monte, 16.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Antonio duci Vindocinensi (de Vendôme)

pro litteris per falconarium suum sibi allatis et pro animo erga se benevolo gratias agit; 6 falcones dono mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 506-508.

N. 2312.

E Regio Monte, 17.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Gabrielli Tarlo et Fabiano Czema

de hilari eorum animo gaudet; Deum precatur, ut flagellum pestis in aula regia grassantis avertere dignetur.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 88v-89.

Albertus dux in Prussia

*Iosto Ludovico Decio, monetæ regiae praefecto,
de successibus Turcarum in Hungaria et discordia inter principes christianos dolet; Deum precandum esse censet, ut Christianitatis capitibus unitatem et concordiam dare dignetur; pro novitatibus et nummo trium grossorum sibi missis gratias agit.*

Cfr. El. XLIX, N. 453.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 89v-90v.

An Jobst Ludwigen, den 28 Octobris, item belangende newhe zeitung und den überschickten dreygroscher.

Unsern grus zu vorn.

Edler, lieber, getrewer.

Wir haben ewer schreyben, aussgangen auf Freudenthal den VIII Septembris, allererst den XV gegenwertiges monats Octobris entpfangen und darauss, mit wass blutiger victorien der tyran unsers heyligen, christlichen glaubens, der Turck, Gran eingenommen, desgleichen sonst vil tyrannische thaten yhn Hungernn getrieben, also das ehr, Gott sey es geclaget, vast den besten theil yhn Hungernn under sein gewalt und tyranny bracht, desgleichen wie es sonsten yhn Hungernn auf dieselbige zeit gelegen, verstanden. Nun ist es jhe zu erbarmen, das yhn solcher zwispaldigkeyt der christlichen hohen heupter der Turck gemeyner christenheit zu merglichem vorfangk seynen willen also yhn Hungernn schaffen solle. Derselbige vorleyhe umb seynes heyligen namens willen^{a)}, allen hohen heuptern gemeyner christenheit frid, lieb, freuntliche und zuvor-sichtige einigkeyt un treuhertzige zusammensetzung^{b)}, ^{c)}das sie^{d)} denselben feindt umb sovil dest städtlicher weidelichen widerstandt thun mögen. Und wiewol wir euch von gelegenheit itziger zeit in Hungern gern, sovil des bey uns gewesen, geschrieben, so haben wirs doch solchs vor^{e)} vorgeblichen geacht, in anmerckung das yr demselben reich neher weder wir gesessen und von ewern gutthen freunden mer dan wir euch zu schreyben mögen, zeitung bekompt. Was aber an uns aus dem Niderlandt und sonsten fur kaufmans zeitung gelangt, habet yhr hie beyligent zu ersehen. Wes dem weyter volgen, wirt die zeit geben. Wir thun uns aber nichtsmynder gegen ewer person solcher mittheylung der neuen zeitung und des überschickten dreygroschers halben, hertzogen Friderichs von der Lignitz schlagk, den wir ewerem gutduncken nach mit vleiss allenthalben besehen und probiren haben lassen, gantz genediglichen bedancken und wirt befunden, das die marck^{f)} von solchen groschen, wan sie alle der gestalt wie der überschickte, wichtigk XIII loth - quintlein 1 denar scharf helt. Begeren demnach mit genaden, auss was bedenklichen ursachen yr uns solchen dreygroscher also vleissigk zu besehen ubersendet, was doch villeichts dorhinther, dieweyl die marck also viel helt, stecken, und sein möcht uns ewer getrewes gutduncken mitzutheilen. Und tragen myt euch ein genedige mitleyden vonwegen der beschwerung, so euch in gemercke des schlaes myt den sensen begegnet, sein aber hinwiderumb erfrewet worden, das yr solcher gefhar und nachstelens durch ewere, von Gott verliehene vorsichtigkeyt, vorkommen. etc.

Wolt uns auch, des wir dan hochlich zu wissen begirig, verstendigen,

wie es umb euch und die ewern bevorab yn diesen farlichen sterbens leuften, do man dan ewer person und derselben eldesthen son todt sagt, und myt romischer ko.mt. krigesrustung, auch sonsten (die wir es dan iren mt. am allerbesten zu gehen hertzlichen wunschen) yhn Ungern ein gestalt eroffnen. Das sein wir umb ewer person myt sondern genaden abzunemen und zu erkennen gewogen. Datum Konigspergk, ut supra.

Commissio Principis
ex relatione Secretarii.
Albertus Hack.

- | | |
|--|---------------------------|
| a) <i>sequitur expunctum</i> : also | c)-d) <i>in margine</i> . |
| b) <i>sequitur expunctum</i> : das sie lieb, freuntliche und zuvorsichtige | e) <i>in margine</i> . |
| | f) <i>supra lineam</i> . |

N. 2314.

E Regio Monte, 29.X.1543.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de pace et concordia inter regem Daniae et Burgundios facienda sententiam
suam profert.*
(*Adest conc. Latinum*, HBA, B, K. 1164).
(*Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol.*, vol. 44, ff. 91-93)
Cfr. El. XXX, N. 267.
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 511-515.

Regi Poloniae, XXIX Octobris.
In negocio Regis Danorum¹⁾.
Serenissime Rex *etc.*

Ex Serenissimae Regiae Vestrae Maiestatis literis, Neopolomici XV Augusti datis, cognovi eandem Regiam Vestram Maiestatem pacis inter Burgundios ac Serenissimum Daniae Regem *etc.* conciliandae hortatorem ac authorem fore non dubitare, si modo via agendi et utra pars prior convenienda esset, illi ostenderetur. Ad quas non statim rescribere, sed pro mei ingenii tenuitate exactius rem considerare volui, si quid forte, quod ad pacem faceret, iuxta Regiae Vestrae Maiestatis iussum mihi in mentem veniret. Verum diu multumque rem expendens, nihil tamen, quod coram Regia Vestra Maiestate, admirabilis^{a)} ac summae sapientiae et illustri ac prudentissimo inclyti Regni Poloniae Senatu^{a)} prolato dignum quodque alicuius momenti ac ponderis esset, invenire quivi, nedum vias ac modos, quibus res aggredienda esset, proponere possum. Attamen cum Regia Vestra Maiestas meam sententiam a me exquirat atque ego quidem eorum, quae pacis et concordiae sunt, studiosissimus sim, quin etiam nec ulli labori, curae aut diligentiae parcendum mihi putem, dum ea modo, quae ad communem tranquillitatem pertinent,

provehere possim, itaque meum consilium, licet perquam exiguum, in medium proferam. Atque mihi hoc quidem videtur:

Cum Serenissimus Daniae Rex nulla turbulenta consilia captet, nec actiones ullas ad arma spectantes contra Caesaream Maiestatem ac Burgundios instituat, verum, ut fama est, eiusmodi Caesaream Maiestatem contra Regem ac Regnum Daniae moliri, itaque pax et concordia apud Caesaream Maiestatem primum quaerenda videtur. Nam si Regia Vestra Maiestas totam controversiam ad aequas, tolerabiles et pias conditiones et pactiones apud Caesaream Maiestatem perducere studuerit, non dubium est Regis Daniae Celsitudinem (quae non tantum apud non suspectos de pace actionem suscipere, verum etiam illorum autoritatem sequi semper parata fuit) iuxta pacis a Regia Vestra Maiestate propositas conditiones, quidquid facto aequum ac tolerabile fuerit, facturam seque eam exhibituram, quo paci, concordiae, tranquillitati ac bonae vicinitati magis studiosus quam contrarius^{b)} iudicetur ac inveniat. De conditionibus autem, quibus componi res possit, multa scribere non possum, non enim penes me illae sunt. Illud autem mihi videtur, si firma et stabilis pax ac concordia iniri^{c)} ac firmari deberet, quae^{d)} Regiae eius Celsitudini, eiusdem haeredibus ac successoribus, Regnis, fratribus ac dominiis fraudi futura non esset, ea a Caesarea Maiestate, Rege Ferdinando, Regina Maria, necnon Palatino Frederico eiusque sociis et omnibus aliis, qui earum partium sunt, atque etiam a quibusdam tam Electoribus et Principibus, quam urbibus approbaretur ac pacificaretur. Ibi tunc Regem Danorum (quod etiam antea recepit) in eam sententiam perducere posse, ut singulis Domini Christierni quondam Danorum Regis filiabus, pro Regni Danici more ac consuetudine, non tantum simplam, verum etiam duplam dotem daret, quin etiam centena aureorum milia octo vel novem annis aut ad certos dies ac terminos, in pacificatione expressos, exolverit.

Quod si etiam liberatio superioris Regis Christierni postularetur, arbitror equidem Regis Daniae Celsitudinem pro aequitatis ratione se exhibituram. Quare si Regiae Vestrae Maiestatis auspicio pacis fundamenta iacta ac controversia ad indutias aut perpetuam concordiam redacta fuerit, in primis Deo omnipotenti gratum ac pium cultum, qui pacis authores beatos pronuntiat, praestiterit, universo populo christiano, qui nunc a crudelissimo hoste Turca gravissime premitur ac miserrime affligitur, praesentem opem et auxilium tulerit atque apud omnes, tam posteros quam praesentes, eximiam laudem ac sempiternam gloriam consequetur, cuius consilio et opera miserrima caedes christianique sanguinis profusio aliaeque calamitates ac pericula, quae bella sequuntur, sublata ac profligata sunt.

Postremo etiam Regia Vestra Maiestas eiusdemque Regnum, terrae ac populi istius pacificationis eximium commodum ac fructum sentient. Nam cum illis omnis generis pericula ab Ordine Cruciferorum ac similibus adversariis, si quid adversi (quod omen Deus avertat) in Dania accideret, metuenda sint, iis hac ratione occurrere omniaque in ocium, tranquillitatem et quietum statum collocari poterunt. Quod reliquum est, a Regia Vestra Maiestate peto, velit tenue ac exiguum hoc meum consilium aequi bonique consulere, praesertim cum eadem iubente ac mandante haec proferenda et perscribenda duxerim. Si quid porro ad hoc negotium pertinens in mentem mihi venerit, neque id Regiam Vestram Maiestatem celabo. Nam si universo populo christiano atque etiam huic patriae con-

sulendo et agendo quid prodesse possem, id cum^{e)} discrimine fortunarum ac vitae quovis tempore paratus esse tum debeo, tum volo... Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii
Ioachimus.

- a) *correctum ex*: Senatus
- b) *verbum correctum*.
- c) *in ms. inire*
- d) *supra lineam*.

- e) *pro expuncto*: ad *suprascriptum*.
- 1) *Christianus III.*
- 2) *Carolus V.*

N. 2315.

E Regio Monte, 29.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski et (mutatis mutandis) episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]

quid de dissensione ac discordia inter regem Daniae [Christianum III] et Burgundios componenda ad regem perscripserit, ex incluso litterarum ad regem datarum exemplo perspici posse nuntiat; de discordiis inter principes christianos intercedentibus - periculo Turcico Orbi Christiano imminente - dolet.

(Schedula: tempus et locum celebrandi Comititia sibi significari petit).

(Latine, adest textus Germ. sine schedula, Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 93-94).

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

(Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 508-510).

N. 2316.

E Regio Monte, 30.X.1543.

Albertus dux in Prussia

Petro Okuń (Ockan), magistro curiae reginae Poloniae iunioris,

rogat, ut nomine suo, uxoris ac filiae suae reginae iuniori [Elisabeth] plurimam salutem dicat summamque felicitatem optet, necnon se suosque omnes ei commendet; de totius familiae regiae valetudine certior fieri desiderat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 816.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

(Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 515-517).

N. 2317.

E Regio Monte, 1.XI.1543.

*Consiliarii Alberti in Prussia ducis
Georgio Bielewicz, capitaneo Plotelensi,
ad litteras eius, absente duce Alberto acceptas, quibus conquerebatur subdi-
tis suis de caede cuiusdam Lithuani, in territorio Novae Domus (Neu-
hausen) occisi, nondum esse satisfactum, respondent.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 799.

(Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 517-521).

N. 2318.

E Regio Monte, 7.XI.1543.

*Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
Ioannem Blum (Plum), civem Gedanensem, commendat et rogat, ut ei in
recuperandis mercibus Cracoviae a Iudaeis ablatis auxilio sit.*

*(Textus litterarum praeceditur nota: Diese copey ist ym 42 jhar auss-
gangen).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 94-95).

N. 2319.

Pobiedziska, (Badwitio, Pudewitz), 8.XI.1543.

*Albertus dux in Prussia
Petro Gamrat, archiepiscopo Gnesnensi,
pro litteris, quibus sibi Posnaniam (ad conventum cum Friderico duce Leg-
nicensi) iter facienti, curiam suam pro diversorio offert et omnes res vic-
tui necessarias procurare promittit, gratias agit.*

*(In margine: Diese copeyen sint auf der reyse nach Possen ausgan-
gen).*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 811.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

(Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 522-523).

N. 2320.

Toruniae, 8.XI.1543.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]
civem quendam Toruniensem commendat et rogat, ut causam eius ita pro-
moveat, quo iustitiam consequi possit.*

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

(Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 524-525).

N. 2321.

Toruniae, 8.XI.1543.

*Albertus dux in Prussia
Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,
litteras eius, 26.X.1543 datas, per suum culinae magistrum, Antonium a
Lehwalt, sibi allatas esse nuntiat; pro animo in se benevolo et studio in
parandis sibi hospitii aliisque rebus necessariis procurandis gratias
agit; ducem Legnicensem [Fridericum] istuc quoque adventurum signi-
ficat.*

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Cfr. El. XXXVII, N. 809, 912).

(Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 525-526).

N. 2322.

[Pobiedziska], 10.XI.1543.

*Albertus dux in Prussia
archiepiscopo Gnesnensi [Petro Gamrat]
peste Posnaniae grassante rogat, ut conventum suum cum Friderico duce
Legnicensi Gnesnae celebrari permittat.*

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Cfr. El. XXXVII, N. 811.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 526-528.

Ad Archiepiscopum Gnesnensem^{a)}, X novembris.

Ostendit Posnaniae pestem grassari. Petit, ut concedat Gnesnae con-
ventus agi.

Sincerum animi affectum et quicquid grati praestare possumus.

Reverendissime in Christo Pater, Amice ac Frater nobis charissime.

Reverendam Paternitatem Vestram latere nolumus, quod postea-
quam Bubwicium¹⁾ venimus, volentes scriptis conventisque, quemadmo-
dum cum Illustrissimo Principe, fratre ac affine nostro charissimo,
Domino Friderico Principe^{a)} Lignicensi et Brenicensi²⁾, conveneramus,

satisfacere, ut die crastino, qui erit undecimus Novembris, tempestive Posnaniae essemus, misit ad nos Illustritas Sua inclusas hasce Magnifici ac Generosi fratris, amici ac compatris nobis dilecti, Domini Comititis a Gorckau et Castellani Posnaniensis, ad Illustrissimam Dominationem Suam scriptas literas, quibus id, quod non mediocriter nos perculit, continetur, videlicet a peste non satis tutum Posnaniae nunc esse. Itaque necessum omnino fore, ut is locus conveniendi mutetur et alio transferatur etc. Ex hiis omnibus magno certe merore affecti sumus atque, uti decet, graviter eam rem certas ob causas ferimus. Primo, quod Deus omnipotens divinam suam iram hoc loci ostendit et propter delicta nostra poenas irrogat. Qui votis precibusque rogandus, velit iram suam iustis de causis^{b)} erga nos conceptam mitigare poenasque illas tandem avertere. Deinde illud quoque nobis maxime molestum accidit, quod ea die re non citius facti sumus certiores. Sane enim plurimas ob^{c)} causas apud Reverendam Paternitatem Vestram, tum ut^{d)} de variis rebus sermonem serere, tum ut nos amice invicem videre possemus, hac nocte moram duxissemus. Quandoquidem autem Deo sic visum est, oportet fatis ita sive iubentibus sive plane trahentibus obtemperare^{e)}. Quare deliberantibus nobis nullus commodior, propior aptiorque conventui huic locus occurrebat quam Gnesna. Existimamus enim istic tuta et ad victum pabulumque necessaria in frequenti civitate, tum nobis, tum praedicto Principi Lignicensi, venalia inveniri^{f)}.

Quapropter Illustrissimi Principis Lignicensis nomine Reverendam Paternitatem Vestram etiam atque etiam summo opere amice ac fraterne petimus, concedere dignetur, ut is conventus noster Gnesnae haberi celebrarique possit; insuper suis mandare, tum [ut] id loci diversoria^{g)} Illustritati Suae et nobis oportuna prospiciantur, tum ut quae ad victum nostrorum comitum pabulumque equorum necessaria sunt, iusta pecunia assequi possimus. Hoc nos erga Reverendam Paternitatem Vestram, quam Deo Optimo Maximo commendatam facimus et nos in Reverendae Vestrae Paternitatis gratiam committimus, omnibus amicis fraternisque officiis promereri studebimus. Datum ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Constantinus.

a) in ms. Gnesnem

b) correctum ex: iustas de causas

c) in ms. ab

d) supra lineam.

e) sequitur expunctum: proprior aptiorque

f) sequitur expunctum: haberi celebrarique

g) in ms. diversoriae

1) Pobiedziska, germ. Pudewitz.

2) recte: Brigensi

N. 2323.

Pobiedziska (Podiewissky), 10.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

castellano Posnaniensi [Andreae a Górka]

a Georgio Schweinichen, Friderici ducis Legnicensis consiliario, se accepisse nuntiat pestem Posnaniae grassari; suum igitur cum duce Friderici conventum potius Gnesnae celebrandum esse censet.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVII, N. 812.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 95-95v.

N. 2324.

[Pobiedziska], 10.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Kurtzbach, praeposito Plocensi et decano Gnesnensi, propter pestem Posnaniae grassantem se constituisse nuntiat ad conventum cum Friderico duce Legnicensi Gnesnam se conferre et ea de re iam ad archiepiscopum scripsisse; archiepiscopo forsitan absente, eum, «tanquam supremum post Dominum Archiepiscopum caput», rogat, ut curare velit, quo conventus ibi suus cum duce Legnicensi celebrandus permittatur et hospitia ac diversoria praeparentur.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, NN. 813, 814.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 529-530.

N. 2325.

Pobiedziska (Padwitzky), 11.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

castellano Posnaniensi [Andreae a Górka]

ab eo certior factus Gnesnae etiam grassari pestem, se Friderico duci Legnicensi ea de re scripsisse nuntiat et ab eo quaesivisse, ubinam eis conveniendum sit.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVII, N. 815.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 95v-96.

N. 2326.

Posnaniae, 16.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Henrico Storch, cive et consule Posnaniensi, intercedit et rogat, ut 400 boves, quos nomine suo ad usum culinae suae coemptos ex Polonia in Ducatum Prussiae adducere debebat et qui a telonei Posnaniensis praefecto, Stanislae Dziaduski, detenti sunt, dimittantur.

(Latine)

Cfr. El. XLV, N. 42.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 532-534.

N. 2327.

Pobiedziska (Bubwitio), 16.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Kurtzbach (Corczbach), praeposito Plocensi et decano Gnesnensi, pro studio et diligentia in parandis hospitiiis adhibita gratias agit; cum tamen a castellano Posnaniensi, Andrea a Górka, certior factus sit Gnesnae plus periculi a peste grassante esse quam Posnaniae, nuntiat se prius a duce Legnicensi sciscitaturum, ubinam conventum eorum celebrari velit.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, NN. 813, 814.

(Adest conc. Latinum cum dato: 11.XI.1543, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 530-531.

N. 2328.

Pobiedziska, 16.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Kurtzbach, praeposito Plocensi et decano Gnesnensi litteras eius, 11.XI.1543 (hora V noctis) datas, se accepisse nuntiat; adventum suum hodie (16.XI.) a Friderico duce Legnicensi Posnaniae (ubi, praeter pestem, omnia adhuc secunda et tuta sint) expectari significat ideoque se statim istuc profecturum.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 814.

(Adest conc. Latinum cum dato: 12.XI.1543, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 531-532.

N. 2329.

Posnaniae, 16.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Odrowąz, palatino Russiae, negotium suum monetarium in Comitibus Regni promovendum commendat. (Schedula: de argento sibi mittendo).

(Latine).

Cfr. El. XXXVII, N. 805.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 534-536.

N. 2330.

Posnaniae, 16.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, Ioannem Niemieczkowski, servitorem eius, se hic Posnaniae allocutum esse nuntiat; rogat, ut illi, nomine suo omnia, de quibus tractaverunt, referenti, plenam fidem adhibeat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 823.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 536-537.

N. 2331.

Pobiedziska (Bowidisci), 18.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro hospitalitate, "magno viro dignissima", sibi Posnaniae exhibita, gratias agit; Martinum Brandt, civem Posnaniensem, cancellarii sui [Ioannis a Kreitzen] et marscalci [Friderici ab Oelsnitz] hospitem, qui se erga eos valde humanum et hospitalem exhibuit, laudat et commendat.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 537-539.

N. 2332.

Posnaniae, 18.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

archiepiscopo Gnesnensi [Petro Gamrat] et episcopo Posnaniensi [Sebastiano Branicki]

Andream Samuelem, theologiae doctorem, ab eis haereseos suspectum et iam ad supplicium damnatum, defendit et laudat.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

(Adest textus Germ. cum schedula in: Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 96v-98v).

Cfr. El. XXXVII, N. 818.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 539-546.

Ad Archiepiscopum Gnisem²⁾ et Episcopum Posnensem simul scriptum est XVIII Novembris.

De Andrea Samuele et Ioanne Baccalaurio Posnaniensi³⁾.

Reverendissimae Reverendaeque Paternitatis Vestrae literas, XIII Novembris huius anni datas, hodie ad 16 mensis eiusdem hic, Posnaniae, accepimus legendoque sensum earum cognovimus, quod prae se ferunt

Reverendum ac eruditum Sacrae S. Theologiae Doctorem Andream Samuelem, autoritate et praesidio nostro fretum, Posnaniam venisse audacterque ac licenter eam civitatem superstitione haeretica inficere, et quae praeterea iis literis adiuncta postulatione continebantur, quae omnia hic supervacanea arbitramur. Quae sane nobis omnia molestissima acciderunt. Nam praedictum Samuelem ab eo usque tempore, quo nobis cognitus fuit, pium christianum ac recte de religione sentientem semper cognovimus, qui in florentioribus lauditissimisque Germaniae academiis nostris impensis ac stipendiis sustentatus, ea diligentia et industria literis bonis, praesertim theologiae, navavit operam, ut facile, omnium doctissimorum virorum testimonio, gradum ac titulum doctoratus consequeretur, quod procul dubio, si eius erroris, qui a Vestris Reverendis Paternitatibus illi obiicitur et propter quem innocens ad nos deferatur, reus foret, a doctissimis illis viris laudatissimae Universitatis nequaquam concessum, neque ad eam dignitatem, in qua nunc est, unquam evectus, imo potius tanquam haereticus communi sententia condemnatus ac supplicio affectus esset.

Quandoquidem autem, Deo sit gratia, in discenda Sacra Scriptura eo usque, Deo Optimo Maximo aspirante et successus largiente, progressus, ut videatur ad hunc statum dignitatesque merito evectus, sitque ea doctrina ac eruditione praeditus, alios ut docere commode et instituere possit, non abs re esse iudicavimus eum, quem biennio toto nostris sumptibus in Universitatibus sustinuimus, cum huc Posnaniam proficisci propositum nobis esset, sub idem temporis tanquam servitorem nostrum eo vocare, ut, sicubi eius usus esset, sua nobis servitia fideliter praestaret. Ad quod quidem mandatum nostrum sic sese accomodavit, ut eodem tempore nobiscum Posnaniam pariter ingrederetur. Quod autem de fide christiana hoc tempore sermonem habuisse dicitur, de eo nihil nobis quicquam constat, prorsusque persuasum habemus hoc ab ipso factum non esse. Et licet in diversorio nostro nobis nostrisque comitibus et iis, qui casu forte convenerant, divinum verbum praedicare potuisset, si hoc illi mandassemus, quod quidem non factum a nobis est, nequaquam tamen speramus Reverendas Paternitates Vestras satis caussae habere, propter quas non modo ipsum verbis molestis prostringant eique negotium facessant, sed etiam erga nos nihilominus procedant, quemadmodum Reverendarum Paternitatum Vestrarum literae abunde infensum animum testantur ac ostentant. Neque enim Reverendis Paternitatibus Vestris ignotum esse arbitramur, quod in universo terrarum, in primis christianorum, orbe Regibus, Electoribus, Principibus aliisque in summis imperiis constitutis omnibus, ut suos concionatores secure sine omni periculo aut terrore secum ducere sermonesque, ubicumque visum fuerit, habere licitum sit atque concessum. Quemadmodum hoc idem nobis a Sacra Regia Maiestate Poloniae, Domino et avunculo nostro charissimo, de quo quidem eius Maiestati magnas habemus gratias, ut et nostra religione uti et nostros doctores audire liceat, tum Vilnae, tum Cracoviae clementer concessum est, nullo insuper nos verbo hac in re molestans.

Quapropter apud Reverendas Paternitates Vestras, amicos ac fratres nostros dilectos, eadem nos autoritate valituros, neque quicquam de nostris regalibus aut libertatibus diminuturos vos omnino confidemus, certo nobis persuadentes, ut quae Sacra Regia Maiestas ex innata christiana, Rege dignissima liberalitate, virtute, comitate ac prudentia singulari nobis concederet, eadem Reverendas Paternitates Vestras libenter

quoque et cumulate concessuras. Mirari ergo satis non possumus, quod Reverendae Paternitates Vestrae ab isto duro, nobis plane inspirato ac inimico scripto, quo quidem non sumus propter minas, erga servitorem nostrum eiaculatas, non vehementer offensi, si non temperarunt. Nam quod Reverendae Paternitates Vestrae tecte obscureque nos accusant, tanquam intra Regiae Maiestatis dicionem et in aliena Republica nimium fortasse audeamus, non videmus iustam et probabilem causam, qua adducti nos hac ratione insimulent. Quia nihil hercle facimus, cuius nobis non solum coram Regia Maiestate, verum etiam coram universa, si opus sit, Christianitate ratio constare non possit, aut cuius nos pudere merito debeat. Itaque Reverendas Paternitates Vestras, ut amicos et fratres nobis percharos, fraterne etiam atque etiam petimus, velint illam de nobis conceptam suspicionem, a qua quidem hactenus tum ab ipsa Regia Maiestate Poloniae, tum ab aliis Regibus, Electoribus ac Principibus immunes fuimus ac liberi, ex animo eiicere ac remove insuperque permittere, ut eadem libertate privilegiisque, de quibus caeteri Reges, Monarchae ac Principes optimo iure gaudent, frui nobis quoque liceat. Caeterum non dubitamus universos et singulos Capitaneos reliquosque Regiae Maiestatis officiales eo esse ingenio, solertia ac prudentia praeditos, quod nos, nostros consiliarios ac servitores (qui sane omnes Regiae Maiestatis fide publica et salvo, ut vocant, conductu freti huc nobiscum profecti sunt, qui etiam pacate ubique degerunt, nec quicquam vel vi vel fraude adversus pacem publicam attentarunt) libere et secure citra detrimentum omne, quod et hactenus semper factitatum est, dimittant, neque permittant, ut ulla nostris afferatur iniuria, imo operam potius eam adhibebunt, ut nos tanquam cognatum, nepotem ac feudatarium Regiae Maiestatis Principem, quo decet honore afficiant sicque promoveant rebus in omnibus, ne quid inimici aut offensi animi signum appareat. Ea siquidem ratione et conquerendi ad Regiam Maiestatem occasio auferretur et nos tanto magis illis devinciemur, neque nobis ad alia suscipienda occasio dabitur. Quod vero Reverendae Paternitates Vestrae Regiam Maiestatem propter hoc nobis infensam et inclementem futuram minantur, facere non possumus, verum aeterno Deo, quicquid id est omne, commendabimus. Speramus tamen (quatenus nos quidem Regiam Maiestatem perspeximus) eo animo praeditam, ut non facile vim cuique adferat, multo minus inferri permittat, quod nobis probi, pii ac eruditi huius viri ac Sacrae Scripturae Doctoris causa, qui haereseos apud iudices suspicionem carentes nondum convictus, nihilo reddetur infensor. Multo minus Sacrae Regiae Maiestatis officiales, Reverendarum Paternitatum Vestrarum minis acquiescentes, vim nobis inferre conabuntur.

Quod ad ipsius Samuelis personam attinet, locuti cum eo sumus ac quesivimus ex eo, quomodo res sese de condemnatione sua haberet. Qui ait se non meminisse neque etiam ad animum revocare posse ullam sententiam publice contra se promulgatam, excepto eo, quod Reverendae Paternitates Vestrae admonendum, cum in persecutione sua esset, curarunt. Quo quidem percepto securus postea permansit ac tandem bona cum venia hinc Posnaniae dimissus est, quemadmodum suo tempore illa sententia Reverendae Paternitati Vestrae proponetur. Quocirca speramus Reverendam Paternitatem Vestram ipsum pro condemnato minime pronuntiare posse. De Reverendis Paternitatibus Vestris sic omnino persuasum habemus, eos tanquam amicos nostros (siquidem amici ac fratres inter nos sumus) ac christianos Principes in amicitia semel cepta firmiter

stare neque committere, ut ea hanc ob causam diminuatur, aut quo Doctoris huius causa, qui plane innocens est ac nihil commisit quicquam poena dignum, animus a nobis alienetur^{b)}. Nam si Reverendae Paternitates Vestrae alio quovis tempore cum hoc Doctore christiano et pio more disputare eumque erroris sui, de quo Reverendis Paternitatibus Vestris suspectus est, convincere ac in viam convertere voluerint, volumus illum, sufficienti securitate praemissa, coram iudicibus non suspectis libenter sistere. Datae Posnaniae, ut supra.

Commissio Principis ex [relatione] Cancellarii.
Constantinus.

a) *sic in ms.*, de «Ioanne Baccalaurio Posnaniensi» in litteris ne verbum quidem habetur.

b) *in ms.* alienatus (*in conc.* alienetur).

N. 2333.

E Regio Monte, 20.XI.1543

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Georgio Bielewicz]
pro Bartholomaeo Schacht, subdito suo, cui a Georgio Krusel, subdito eius,
aliqua pecuniae summa debetur, intercedit et rogat, ut ei opera sua ita
adesse velit, «quo pecuniam suam facilius a debitore suo extorquere
possit».*

(*Latine*)

(*Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164*).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 521-522.

N. 2334.

E Regio Monte, 30.XI.1543.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de necessitate negotium Danicum mature expediendi; de Comitibus Imperii,
Vormatiae indictis, brevi celebrandis; de negotio suo abrogandae pro-
scriptionis in eisdem Comitibus a rege per legatos promovendo.*

Cfr. El. XXX, N. 277.

(*Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164*).

(*Adest textus Germ. in: Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 98v-102*).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 546-553.

Ad Regem Poloniae, ultima Novembris.
De negotio Danico. Item de proscriptione.
Serenissime Rex, Domine Clementissime.
Literas Serenissimae Regiae Vestrae Maiestatis, undecima Novembris in Wielawiss datas^{a)}, accepi. Ex quibus intellexi Serenissimae Regiae

Vestrae Maiestati meum consilium, quantumvis tenue, de Caesarea Maiestate¹⁾ ac Rege Daniae²⁾ in gratiam reducendis probari, simul postulans, ut quoniam Serenissima Regia Vestra Maiestas istam arduam rem in deliberationem prudentissimorum suorum consiliariorum reiecisset, illi in memoriam revocarem. Iam Regia Vestra Maiestas mihi credat velim, me hoc negotium summe necessarium iudicare, intelligentem hoc alieno quidem, attamen proximo ac vicino incendio, ne Regiae Vestrae Maiestatis Regnum ac provinciae etiam accendantur, magnopere verendum esse. Quod etsi non esset, attamen eiusmodi consilia atque artes in Regnum Daniae augendis^{b)} vectigalibus, novis emporiis instituendis, claudendo libero maris cursu ab adversariis incenduntur, quae in posterum Regiae Vestrae Maiestati omnibusque his maritimis provinciis notabile et non ferendum damnum certumque exitium darent afferentque. Reges quidem Daniae superioribus saeculis idem conati sunt, verum maritimae urbes^{c)}, terrarum Prussiae auxilio^{d)}, propter eam rem gravissima bella suscepserunt hancque et vectigalium pensionem et liberum navigandi cursum obtinuerunt. Nunc si istis technis ac machinationibus alii in illis locis imperio potirentur, omnia, quae olim bello et armis propulsata sunt, ne longe graviora ac calamitosiora existerent, magnopere metendum esset, siquidem ita est ingenium omnium hominum, ut iura ac libertates defendere velint, onera^{e)} autem intolerabilia suscipere nolint. Quod si istis in locis ab adversariis illa tentarentur ac obtinerentur, Regia Vestra Maiestas pro sua singulari ac eximia prudentia, quantum damni ac mali eiusdem Regno, terris ac populis inde manaturum esset, facile iudicabit. Id nunc eadem, ut quae artissimo sanguinis ac affinitatis vinculo coniuncta, necnon summa atque maxima auctoritate praedita est, praecavere poterit; quod neglectum, ingenti cum difficultate et armis obtinendum ac defendendum erit. Neque enim ad omnia illa mala evitanda remedium ullum praesentius video, quam Serenissimae Regiae Vestrae Maiestatis summam sapientiam, maximam apud omnes existimationem atque auctoritatem.

Quo autem celerius susceptum ac inceptum fuerit, eo melius meo quidem iudicio erit. Nam tum demum ignem extinguere conari, ubi iam summa culmina superarit, sero id quidem est venire. At adversarii haud cessabunt Caesaream Maiestatem adversus Regem Daniae commovere suamque fortunam experiri eamque minime deserere volent. Itaque si quid hoc in negotio cum fructu suscipi debet, profecto mature (omnibus rebus adhuc integris) atque ante primum vernale tempus fieri necesse est atque ita ordiendum, ut non tantum actio inchoetur, verum Regiae Vestrae Maiestatis^{f)} magna existimatione legati, si forsitan una non succederet, alia via aggredierentur et nihil intentatum, quod modo tolerabile, relinquerent. Quod si tanta sedulitate de pace actum fuerit, sine dubio omnipotens Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, donator omnis pacis, quem indesinenter orabimus, rem fortunabit, quo pax obtineatur ac constituatur, necnon quidquid Regia Vestra Maiestas ad hanc salutarem et maxime his temporibus necessariam rem faciet, idem Deus abundantissime ac centupla mercede remuneraturus est atque ex tam praeclari facti memoria sempiternam laudem atque immortalem gloriam Regia Vestra Maiestas consequetur.

Deinde Regiam Vestram Maiestatem celandam non existimo, quo mihi quidam amici mei ac benevoli crediderunt, in Imperio Romano Comitia esse, ni fallor, Wormatiae indicta eaque brevi esse celebranda.

Quo ipsa Caesarea Maiestas ab omnibus Electoribus ac Principibus, coram ut adsit, vocatur, ut ibi omnia necessaria maturo consilio agantur ac statuuntur, nec inanes sumptus fiant. Estque spes non dubia Caesaream Maiestatem in commodum ac rem totius Christianitatis ac communis salutis ad illa Comititia non gravaturam. Deus omnipotens largiatur suam immensam gratiam^{g)}, quo eadem Comititia faustum initium capiant, bene procedant et pium, pacificum et optatum finem consequantur, ut gloria atque nomen Dei ubique glorificentur. Amen. Quia Regia Maiestas Vestra non ignorat, quatenus in Prutenici Ducatus negotium superioribus annis progressum sit, nimirum quod commissarii sint constituti, qui de iure terrarum Prussiae inter Caesaream ac Regiam Vestram Maiestatem cognoscerent. Quam ob rem mihi meisque fidelibus^{h)} subditis unum annum proscriptio suspensa atque remissa est.

Quod cum ita sit, illud mihi a meis amicis ac benevolis consilii datur, ut cum Regia Vestra Maiestas causam Ducatus Prussiae ut suam, cuiusmodi revera est, suscepit meque defendendum, ut aequum est, regie ac clementer promiserit mihique, ne coram Caesareae [Camerae] Iuditio citatus comparerem, inhibuerit, apud Regiam Vestram Maiestatem assidue instarem ac diligenter urgerem, quo in proxime futuris Comititiis res apud Caesaream Maiestatem ac Imperii ordines per legatos magnae auctoritatis ageretur ac promoveretur hoc pacto: Quandoquidem dicta Prutenici Ducatus causa ad cognitionem commissariorum reiecta sit, ut Regia Vestra Maiestas peteret ac postularet, quo Caesarea Maiestas me meosque subditos ex ista praetensa proscriptione, quae contra me, ut Regiae Vestrae Maiestatis subditum Principem, ab eo iuditio, quod in me hasque terras iurisdictionem habet nullam, promulgata est, et in quam nulla alia de causa, quam quod mandato ac imperio Regiae Vestrae Maiestatis parens, citatus non comparui, declaratus sum atque adhuc summa cum molestia detineor, clementer liberare totamque causam Regiae Vestrae Maiestatis, utpote Domini ac patroni, propriam putare eiusque cognitionem constitutorum commissariorum iudicio ac arbitrio, quo utraque pars staret, relinquere. Quemadmodum illa in eam sententiam a Regia Vestra Maiestate, utpote prudentissimo et perspicacissimo Rege, ac incliti Regni ordinibus atque consiliariis optima forma explicari ornarique poterunt.

Quicquid tum supradicti mei amici ac benevoli in hiis omnibus re et consilio iuvare poterunt, certam spem habeo ipsos, quemadmodum semper polliciti sunt, quantum fides eorum patitur, libenter summaque cum diligentia omnia facturos. Hinc meorum amicorum ac benevolorum consilio non possum non suffragari mihique persuadeo hanc viam esse, qua tam Regia Vestra Maiestas, quam ego cum meis fidelibus subditis finem negotii consequi, pacem ac tranquillitatem nancisci ac proscriptionis finem reperire queamus. Cum autem Regia Vestra Maiestas, quicquid ad componendam hanc controversiam attinet, necnon tuitionem ac defensionem Ducatus Prussiae, libenter ac summa cum voluntate nunquam non praestare mihi, meis terris ac subditis pollicita est, idque ad hoc usque tempus, ita ut merito ingentes gratias illi agam, re ipsa ostenderit. Proinde quam humillime a Regia Vestra Maiestate peto, ea in suum ipsius commodum ac tranquillitatem, mihi meisque miseris subditis ad consolationem et opem magnae auctoritatis legationem ad indicta Comititia in Germaniam cum mandatis supra commemoratis (quorum commendationem Regiae Vestrae Maiestati relinquo) ablegare dignetur, quae

apud Caesaream Maiestatem ac omnes Imperii ordines instet ac urgeat, quo ego atque hae terrae ex proscriptione liberemur ac ita securo ac tranquillo animo Regiae Vestrae Maiestati totique Christianitati meis officiis, quantumvis exiguis, servire possim. Quidquid denique ego cum omnibus meis amicis ac benevolis ad illa omnia facere ac praestare queam, id iussu ac mandato Regiae Vestrae Maiestatis summa cum fide ac obedientia efficiam ac praestabo. In his omnibus nihil dubito, quin Regia Vestra Maiestas clementem ac benignum Regem ac Dominum erga me meosque subditos praebitura sit. Id erga eandem perpetua fide ac summa observantia cum discrimine vitae, sanguinis ac fortunarum promereri enitar. Quam Christo etc. Mense ut supra.

Commissio Principis propria.
Ioachimus.

- | | |
|------------------------------------|-----------------------------------|
| a) <i>supra lineam.</i> | f) <i>in ms. Maiestati</i> |
| b) <i>correctum ex: adaugendis</i> | g) <i>in ms. gratiam immensam</i> |
| c) <i>verbum correctum.</i> | h) <i>in ms. fidelis</i> |
| d) <i>in ms. expunctum.</i> | 1) <i>Carolus V.</i> |
| e) <i>in margine.</i> | 2) <i>Christianus III.</i> |

N. 2335.

E Regio Monte, 30.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

Samueli Maciejowski, episcopo Plocensi, R.P. vicecancellario, rogat, ut causam defendendae Christianitatis apud regem promovere pergat.

Cfr. El. XXXVII, NN. 817, 821.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 554-556.

Domino Samueli Episcopo Plocensi, ultima Novembris.

Petit, ut^{a)} causam Danicam urgeat apud Regem.

Reverendae Paternitatis Vestrae literas, in Wieliawitz XII Novembris datas, accepimus. In quibus libenter ac insigni cum gaudio^{b)} legimus Vestram Reverendam Paternitatem, pro summa ac singulari prudentia, hanc totius orbis exiciosissimam perturbationem animo recolere, Principum christianorum dissensiones execrari^{c)} solere dolereque, quod potentissimi Principes magis inter se quam cum crudelissimo hoste bella gerant. Qui quidem Vestrae Reverendae Paternitatis animus, quem hisce literis declarat^{d)}, nec antea nobis ignotus fuit. Persuasissimum enim nobis est Vestram Reverendam Paternitatem communi totius Christianitatis calamitate ac miseria graviter et ex animo moveri optareque, ut compositis dissensionibus, discordiis ac turbis, coniunctis viribus ac

copiis violentissimo hosti, cum quo non de imperio aut de fortunis tantum, sed de vita, salute, christiana religione certandum est^{e)}, resisteretur. Estque id praestandum ac magni sacerdotis et episcopi consulere saluti hominum, studere paci, dissentientes ac belligerantes Principes reconciliare. Quod qui faciunt, eos merito divina Scriptura beatos pronuntiat. Qua laude et premio quid potest esse magnificentius, quid gloriosius? Quare pergat Vestra Reverenda Paternitas huius laudis particeps fieri ac Regiam Maiestatem admoneat, hortetur ac obsecret, quo tanto beneficio toti Christiano Orbi prosit, immortalī laude dignus est non tantum qui id perfecit, sed etiam qui adiuvit. Et quia animadvertimus Regiam Maiestatem nunc rem distulisse et esse commonendam, non gravabimur saepius iam Regiae eius Maiestati, ut etiam iam facimus, in memoriam redigere, instare oportune importune, quo tandem nostrae cohortationes ac preces apud Regiam eius Maiestatem locum inveniant.

Unum etiam praeterea post priores literas, quod ad harum regionum tranquillitatem non parum facit, in mentem nobis venit, id ad Regiam Maiestatem perscripsimus. Ex cuius literis, quantum Vestra Reverenda Paternitas procul dubio eas leget, petimus, ut id cognoscere non gravetur atque ut alia, sic etiam hoc commendatum habere velit. Id Vestra Reverenda Paternitas faciens Deo Optimo Maximo cultum gratissimum ac maximum, universo populo christiano summum beneficium praestiterit, nosque id pro nostra virili amicis ac fraternis officiis promereri enitemur. Datae Regiomonte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Ioachim.

- a) *sequitur expunctum*: hanc
- b) *in ms.* gaudeo
- c) *correctum ex*: execrare

- d) *in ms.* declarant
- e) *in ms.* certamine (*in conc.* certandum est).

N. 2336.

E Regio Monte, 30.XI.1543.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
de litteris suis a nuntio reportatis; de rege a periculo pestis tutum locum
quaerente.*

(Latine).

Cfr. El. XXXVII, N. 810.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 556-559.

N. 2337.

E Regio Monte, 30.XI.1543.

Albertus dux in Prussia

*capitaneo Varsaviensi [Ioanni Dzierzowski],
de Christophoro Przyborowski (Prissiboroffski), a curiae suae marscalco,
Friderico ab Oelsnitz (von der Olssnitz), ad emendos equos in Maso-
viam misso, refert et valde miratur eidem Przyborowski coemptos iam
equos una cum aliis rebus omnibus Varsaviae a capitaneo ablatos esse,
ipsum vero in carcerem coniectum; postulat, ut equi aliaque ablata sine
mora restituantur, ne se in hac re ad regem convertere et conqueri coga-
tur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 102-102v.

N. 2338.

E Regio Monte, 5.XII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*rogat, ut rex ad Comitia Imperii Spirae indicta graves legatos suos mittat
et per eos agat, quo «iniquissima proscriptio» tandem tollatur; nego-
tium Danicum commendat.*

Cfr. El. XXX, NN. 277, 278, 279.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 559-563.

Ad Regem Poloniae, V Decembris.

*Ostendit Comitia Spirae indicta. Petit, ut per legatos agat, quo pro-
scriptio tollatur. Item ut controversia cum Rege Daniae¹⁾ compona-
tur.*

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

*Quae mihi a meis benevolis et amicis e Germania de Comitiiis indic-
tis, ad quae ipsa Caesarea Maiestas²⁾ ac omnes Imperii Romani Electores,
Principes atque ordines conventuri dicuntur, significata sunt, proximis
literis meis, cum quibus heri meus nuntius hinc abiit, Sacrae Regiae
Vestrae Maiestati exposui ac patefeci, non dubitans, quin iis perlectis
Sacra Regia Vestra Maiestas, pro sua singulari ac admirabili in suos
voluntate ac clementia, se benignum ac clementem Regem in omnibus iis
praebitura sit. Ecce autem superiori nuntio vixdum ablegato, aliae ab
iisdem meis amicis ac benevolis literis adferuntur: Comitia ad primum
Decembris Spirae indicta esse atque eo ipsam Caesaream Maiestatem
adfuturam, necnon omnes Imperii Electores, Principes ac ordines ad eum
diem coram praesentes, ut adsint personaliterque se sistant ac compa-
reant, vocatos esse. Atque etiam Caesaream Maiestatem spem ostendere
ac literis declarare omnibus maximam, velle, ut iis in Comitiiis omnes
dissensiones ac discordiae, quae hactenus in Germania multos annos
extiterunt, componantur atque pax in toto Romano Imperio constituatur
ac firmetur. Cum autem caussa Prutenica ac iniquissima proscriptio, qua
tot annos ego ac mei subditi vexamur, apud Caesaream Maiestatem ac*

Imperii ordines agenda atque transigenda sit, eaque ad regiam Vestram Maiestatem, utpote harum terrarum Dominum ac patronum, proprie ac maxime pertineat, non possum non iterum monere Sacram Regiam Vestram Maiestatem, ne hoc commodissimum tempus ac summam negocii componendi occasionem praeterire, verum manibus pedibusque in hoc incumbere velit, quo tandem hoc molestissimum^{a)} bannum tollatur^{b)} egoque cum meis fidelibus subditis ocium, tranquillitatem ac quietem, quo nihil nobis est optacius, consequi ac invenire queamus.

Quam ad rem facilius obtinendam ac celerius perficiendam eximia quadam et non vulgaris existimationis legatione opus esse videtur. Quare a Regia Vestra Maiestate iterum subdite ac humillime peto eamque summis precibus obtestor, quo tanta occasione ac oportunitate oblata ad constitutum^{c)} diem, qui iam praeteriit, et locum, Spiram videlicet, suos legatos magnae auctoritatis ac nominis non gravatim ablegare atque illis de componenda Prutenica controversia et calamitosissima proscriptione, qua ego ac miseri mei subditi tot iam annis conflictamur, tollenda, mandata dare velit atque omnem lapidem movere, quo huius iurgii finis ac exitus, ut antea etiam rogavi, reperiatur. Neque enim magis ad me, vasallum, quam Regiam Vestram Maiestatem, harum terrarum Dominum, eiusque Regnum haec res spectat. Tota tamen calamitas et molestia ad me meosque tantum redundat^{d)}, ut qui odiosissima ista proscriptione molestemur. Quam quo gravius hae terrae sentiunt, eo magis convenit ac aequum est Regiam Maiestatem laborare operamque dare, ut ego meique subditi sub eius dominio ac patrocinio in otio, in pace securam ac tranquillam vitam agere possimus. Ut autem et ego summam meam operam praestem, ad dicta Comitum unum ex meorum consiliariorum numero mittere decrevi, qui et meos amicos ac benevolos eius causae admoneat atque ad illos Regiae Vestrae Maiestatis legatos aditum atque accessum praestet. Postremo Deum Optimum Maximum orabo, quo tandem Regiam Maiestatem, inclytum Regnum, me, meas terras ac subditos ex hac molestia liberare atque in ocium ac tranquillitatem, pro sua immensa bonitate ac misericordia, collocare velit.

Porro quum non minus in Germania Serenissimi Regis Daniae, harum terrarum vicini, controversia transigenda sit, nec ullus inter omnes Principes ad eam componendam Regia Vestra Maiestate aptior sit nec quisquam magis idoneus, itaque iterum in memoriam revocare non desinam, quo idem, quod superioribus literis pecii, Regia Vestra Maiestas diligenter iis, quae inde ipsius terris incommoda accidere possint, consideratis, parvo potius labore incendium vicini parietis praecavere, quam postea aut vicinum deletum cupere, aut eum in suis terris progressum extinguere conari. Atque non tantum suis terris hac pacis actione Regia Vestra Maiestas bene consuluerit, sed etiam constituta concordia ac gratia totam Christianitatem ad immanissimum hostem propulsandum non vulgari praesidio instructiorem ac pacatiorem reddet, ex tamque ingenti ac divino beneficio a Deo Optimo Maximo summum praemium accipiet et apud omnem posteritatem^{e)} immortale nomen obtinebit ac sempiternam gloriam consequetur. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Ioachim.

a) - b) *in margine.*

c) *in ms. constitum*

d) *in ms. redumdat*

e) *in ms. posteritatem*

1) *Christianus III.*

2) *Carolus V.*

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, de Comitibus Imperii Spirae inchoatis nuntiat et rogat, ut apud regem instare velit, quo abrogandae proscriptionis negotium et causam Danicam ibi promoveat.

Cfr. El XXXVI, N. 823.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 563-565.

Domino Ioanni Comiti a Tharnau, V Decembris.

De Comitibus 1 Decembris Spirae indictis. Petit, ut hortetur Regem, quo proscriptionis negotium et causam Danicam suscipiat.

Postquam ad Illustritatem Vestram atque alios quosdam nostros fratres et amicos literas dedissemus, petentes, quo in proscriptionis molestia tollenda necnon Danica controversia per Regiam Maiestatem componenda suasor, adiutor et hortator esse vellet, allatae sunt iterum ex Germania amicorum ac benevolorum nostrorum literae, Comitibus prima Decembris die, quae proxime praeteriit, Spirae indicta esse eoque ipsam Caesaream Maiestatem¹⁾ adfuturam, necnon omnes tocius Romani Imperii Electores, Principes ac ordines, ut personaliter adsint, volente Deo vocatos esse. Quin etiam Caesaream Maiestatem spem maximam ostendisse velle, ut transactis dissensionibus pax in toto Imperio constituta firmaretur ac sanciretur. Quae cum ita sint^{a)}, maxima datur oportunitas et occasio ea, quae superioribus annis de proscriptione Ducatus Prussiae abroganda incepta sunt et acta, perficiendi ac peragendi. Idque non tam ad nos, quam ad Regiam Maiestatem inclytumque Regnum pertinere Vestra Illustritas, pro summa ipsi data prudentia, facile perspicit. Quare obnixae, amice ac fraterne petimus, Vestra Illustritas hanc proscriptionis molestiam, qua nos ac nostri subditi tot iam annos detinemur, exacte perpendere velit, quoque maiorem videt nobis inferri contumeliam, eo crebrius Regiam Maiestatem hortari, monere ac orare dignetur, quo Regia eius Maiestas, utpote Dominus ac patronus, hanc causam suscipere ac antea inceptam per legatum magni nominis et authoritatis perficere velit, ut tandem aliquando nos ac nostri subditi Regiae eius Maiestati, inclyto Regno ac toti Christianitati exiguis nostris officiis securo ac tranquillo animo inservire queamus.

Addimus etiam in literis Regiae Maiestatis de controversia inter Caesaream Maiestatem ac Regem Daniae²⁾ componenda. Quam ad rem profecto omnium, qui vivunt, Regia Maiestate nemo est aptior nec quisquam accommodator. Proinde petimus, Vestra Illustritas etiam huius causae adiutor esse velit atque Regiam Maiestatem hortari, obsecrare, quo neque haec res praetermittatur. Pertinet profecto non parum ad harum terrarum tranquillitatem in Dania novi nihil fieri, et quemadmodum nostra res agitur, cum paries proximus ardet, sic revera, si in Dania quid adversi acciderit, magnopere verendum est, ne idem malum in has quoque terras proropat. Quicquid Vestra Illustritas hic fecerit, et saluti patriae et incolumitati Regni consulet, necnon ab omnipotente Deo mercedem accipiet atque apud omnes posteros aeternam laudem ac gloriam

ex ea re consequetur. Idque etiam nos amicis ac fraternis officiis [et] studiis recompensare parati sumus. Id Vestra Illustritas faciens paci ac patriae consuluerit, quae nisi his rebus compositis sine metu esse non potest. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Ioachimus.

a) in ms.sit

1) Carolus V.

2) Christianus III.

N. 2340.

E Regio Monte, 5.XII.1543.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]

rogat, ut «suasor, adiutor ac hortator esse velit, quo res antea incepta (scil. proscriptionis abrogatio) nunc per regium legatum iterum agatur ac perficiatur»; «controversiam Danicam» a rege Poloniae componendam commendat («pertinet profecto ea res etiam non parum ad harum terrarum ac inclyti Regni tranquillitatem»).

Cfr. El. XXXVII, NN. 821, 822.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 565-566.

N. 2341.

E Regio Monte, 8.XII.1543.

Albertus dux in Prussia

Hieronimo Aurimontano [Gürtler]

pro missis «libellulis» gratias agit, sed ab eorum editione ipsum dehortatur.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 567-568.

Doctori Hieronimo Aurimontano, VIII Decembris.

Ostendit sibi pergratum esse officium librorum dedicandorum.

Literas vestras una cum transmissis ac nostro nomine dedicatis libellulis accepimus. Inde vestrum erga nos animum nostri studiosissimum perspeximus, necnon in legendo singularem voluptatem percepimus. Quo nomine vobis gratias merito agimus, ubi commoditas ac oportunitas dabitur, suo tempore relaturi. Quod autem ad eorum libellorum editionem attinet, et praesertim dialogi et illorum, in quibus quorundam mores ac praesertim ecclesiasticorum graviter notantur ac taxantur, quid faciendum sit, dubitamus. Si enim in publicum dati fuerint, in graves inimicitias ac pestiferum odium vos sine causa coniicietis, quae incommoda vobis potius his temporibus fugienda quam suscipienda censemus. Neque tamen haec sic a vobis accipi velimus, quasi vos^{a)} ab illorum edi-

tione adhortaremur^{b)}, sed quia id vobis maxime periculosum perspicimus, ideo potius tuto differendum quam summo cum discrimine maturandum^{c)} existimamus, eosque vobis remittimus, quod a nobis non inclementi animo fieri aut quasi vestra scripta nobis parum grata fuerint, intelligi cupimus. Quidquid etiam vestro filio commodare poterimus, faciemus id quidem clementer et non gravate. Verum cum hoc tempore nullum stipendium vacaret, illius petitioni satisfieri nunc non potuit. Ubi vero stipendium vacaverit, tum erga vos vestrumque filium eos nos exhibebimus, ut nos singulari erga vos ac vestros clementia affectos sentiat ac perspiciatis. Haec ad vestras literas nobis respondenda duximus, quibus Christo vos commendamus. Datae Regio Monte, VIII Decembris.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Ioachimus.

a) in ms. nos

b) in ms. adhorteremus (*error pro: abhorreremus vel dehortaremur?*)

c) in ms. maturendum

N. 2342.

E Regio Monte, 12.XII.1543.

*Albertus dux in Prussia
Friderico duci Holsatiae*

«in bonis litteris addiscendis ardorem» eius laudat eumque hortatur, ut «in illis perdiscendis strenue pergat, nec se earum ulla satietate affici sinat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 568-569.

N. 2343.

E Regio Monte, 18.XII.1543.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro equo servitori suo Posnaniae suppeditato gratias agit; de aegritudine eius dolet.

(*Schedula: de quorundam ab eo alienatione dolet; Ioannem Tarnowski nomine suo salutari petit.*)

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 819.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 570-573.

N. 2344.

E Regio Monte, 22.XII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

Nicolai de Linden, civis Toruniensis, causam (quam ex adiuncta litteris supplicatione regem cogniturum esse nuntiat) commendat.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 578-579.

N. 2345.

E Regio Monte, 22.XII.1543.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Odrowąz, palatino Russiae,

pro 4 bubalis, vitulo, tauro Turcico et vacca sibi per servitorem eius dono missis gratias agit; legatos suos ad futura Regni Comitatus se iam decrevisse nuntiat et rogat, ut in eisdem Comitibus causam suam pro viribus promoveat.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 580-581.

N. 2346.

E Regio Monte, 28.XII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

iterum commendat causas Martini Hermensdorff, civis Regiomontani, relictae viduae, quae ei cum heredibus Lucae Ketting, civis Gedanensis, et cum Ioanne Estichen, cive Toruniensi (qui a sententia iam lata ad regem appellavit), de debito liquido necnon de hortis et granario Gedani sitis intercedunt.

(Latine).

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 581-584).

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

litteras regis, de negotio abrogandi imperialis banni tractantes, sibi allatas esse nuntiat et idem negotium suum rursus commendat; de ratione Christianitatem contra Turcas defendendi a marchione Ioachimo se certiorum factum esse significat.

Cfr. El. XXX, N. 274.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 108v-112v.

An königliche mt. zu Polan, von wegen der acht, den 28 Decembris.
Genedigister herr und freuntlicher, lieber ohem.

E.Ko.Mt. schreyben sampt wes an dieselben romische, hungerische und bohemische königliche mten¹⁾, von wegen der sachen die acht betreffende, warauf es beruhet, gelangen lassen, alles durch iren commerrern myr uberschickt, hab ich myt gepurender freuntlicher underthenigkeyt empfangen und seynes inhalts noch notturtf lesendt eingenommen. Spure^{a)} darauss E.Ko.Mt. getrewe sorgfeligkeyt und genedige gewogenheyt, damit sie mich, neben meynen landen und leuthen jhe und alwegen gemeynt und noch meynen, darfur ich dan E.Ko.Mt. hohen, freuntlichen, underthenigen, vleissigen dank sagen thue. Wil hinwider, vermittelt göttlicher gnaden, gegen E.Ko.Mt. und irem gantzen königlichen hauss, auch der loplichen Cron zu Polan etc. bis yhn meyn gruben als der getrewhe, danckbare, gehorsame lehenfurst und blutsverwanthe freunth, in allem erheblichen erfunden werden. Muss pillich den lieben Gott loben und preysen, das durch desselben milde, guttigkeyt und E.Ko.Mt. embsige furdernus der handel also wirt gediehen. Derselbige geruche, das solcher zu gluckseliger, fridlicher, bestendiger entschaft gereichen möge, mit gnaden zu vorleyen. Wie aber E.Ko.Mt. von myr, yhn anmerckung, das die sachen mich, sowol als E.Ko.Mt. betreffe, derselben meynes gemuts meynung und wes ich, das darinnen wol zu thun sen möcht und fur gut ansehe, zu eröffnen begeren, erkenne ich mich desselben, inhalts meyner pflicht und sonsten hohen verwantnus, auch eignen und meynen landt und leuten notturtf nach, also weyt sich ummer meyn geringer, einfeltiger verstandt erstreckt, zu thun schuldighk.

Nachdem dann E.Ko.Mt. bewust, das durch dieselb ynh dieser sachen zu vorn oftmals, nicht allein bey romischer keyserlicher mt. ansuchung beschehen, sondern auch dasselbig bey allen andern meynem lieben herrn und verwandten, freunden und stenden des Reichs, mit hochstem vleiss, auch grossen uncosten, muhe und arbeyt, wie dan gleichsals von myr auch beschehen, gesucht und gepeten worden, und doch bishere diese sach weyter nicht gepracht werden mögen. Dieweyl aber gleichwol alle dingk eynen anfang haben müssen, so sehe mich yn meyner einfalt nicht fur ungeraten an, sondern wolt es, als der getrewhe lehenfurst und blutsverwanthe freunth, treulichen gerathen haben, das E.Ko.Mt. unangesehen, ob schön die zeit was kurtz und der handel villeichts dardurch so baldt sein entschaft erlangen nicht möcht, solchs yhn keynen wegk abschlahen, sondern ire commissarien ym namen Gotts, in erwegung itziger vor augen schwebender gefelligkeyt der leuffen, darin mehr einig-

keyt, getrewhe zusamensetzung, hulf und beystandt, weder zerspaltung oder anders notig, darzu verordnen thet, und das yhn alwegen, durch Euer Ko.Mt. nach irer höhen königlichen, von Gott vorlienen geschickligkeyt, bey hoch und vielgemelter romischer ko.mt. solche commissarien, die beyderseytzs königlicher jungen herschaften bestes wissen und betrachten theten, darzu verordnen wolten, so zweyfel ich auch garnicht, E.Ko.Mt. werden zu diesem wichtigen handel aus der loblichen Cron Polan solche commissarien verordnen, die yr ius hereditarium und lang wol hergepraichte gerechtigkeyten mit gutem fug zu vorteydingen werden wissen. Auch deucht mich yn meynem geringen verstandt hieneben nicht böss seyn, das man auch diss bey romischer königlicher mt. gesucht und gebethen het, damit durch dieselb, in erwegung der wichtigkeyt und itziger leufften, gelegenheit beyderseyts commissariis dieser gewalt gegeben, damit sie, wo yhn solcher kurtzen zeit, des ich mich doch nicht versyhe, nichts fruchtbarlichs verhandelt und aussgerichtet oder der handel (welchs Gott genediglichen verhuete) stutzigk gemacht und yhn jaresfrist sein ende erreichen nicht wurde, macht hetten, so lang biss zu ausstragk der sachen, die acht zu suspendiren. Wes nun E.Ko.Mt. yn dieser sachen handeln und thun werden, zweyfel ich garnicht. Dieselb werden myr solchs, als dem lehentrager genediglichen nicht verhalten, damit ich mich des, als der ider zeit E.Ko.Mt. und der loblichen Cron bestes zu wissen begirig, auch zu erfrewen, welchs alles E.Ko.Mt. ich in untherthenigkeyt nicht pergen wollen, mit diesem untherthenigem erpieten, wes ich weyter hierinnen auf E.Ko.Mt. begeren thun und raten kann oder mag, in solchem allem wil ich mich, durch götliche verleyhung, meynen pflichten auch der blutsvorwantnus nach, als der getrewhe lehensfürst erzaigen und beweysen.

Ferner fuge E.Ko.Mt. ich yhn schuldiger pflicht zu vornemen, das der hochgeporne fürst, her^{b)} Joachym, marggraf zu Brandenburgk, des heyligen romischen Reichs ertzckemmerer und churfürst etc., meyn freuntlicher, gelipter veter und bruder, myr durch seyner liebden eignen reyten den poten, neben andern zu erkennen geben, wie sich seyne l. mit derselben ohmen, schwager und brudern, den churfürsten und fürsten zu Sachsenn²⁾, landtgrafen von Hessenn³⁾ und andern uff negst vorschienen Sontagk nach Galli gen der Neunburgk zusammen vorfuget und von dem widerstandt des turckischen tyrannen⁴⁾ tapfere und ernste bewogen gethan, auch entlich dahin geschlossen, wo des heyligen romischen Reichs und andere potentaten holfen aussenpliebe oder jhe zu langsam khommen und der vheindt indes ire liebden ubereylen und uberfallen wolt, das dieselben mitsamt Behemenn, Merhenn, Schlesienn und andern des orths bedrengten landen mit leib und vermögen, landen und leuten zusammensetzen und so viel, mit Gotts hilf, möglich ire liebden und die andern alle vor ime retten und schutzen wolten. Darauf mich nicht alleint^{c)} von seyner libden^{d)}, sonder der andern aller wegen umb hulf freuntlichen angelangt, dieselb zu vorstendigen, wes sie sich disfals zu myr zu getrosten und zu vorsehen, auch wie meyn zusatz und holf möge ervolgen, mit gepurlicher, freuntlicher, hoher erpietung, wes ich mich hinwidder yn notfellen zu iren liebden und inen allen vorsehen und getrösten solle. Dieweil wir aber E.Ko.Mt. ehrmals auss königlichen gnaden, sowol yr selbest und der Cron zu Polan etc. als myr, sampt meynen landen und leuthen, zum besten, das ich mich mit meynen herrn und verwanten freunden yhn eynung und verstantnus einlassen und ahn mich

zihen solt, bewilliget, damit ich mich yhn furfallenden nöten (wie myr dan von meynen blutverwanten freunden nicht geringe rath, hulf, forder-
 nus und beistandt yhn meynen sachen begegnet) der gegenhulf zu getrö-
 sten, dasselbigk widerumb zu bestetigen und meyne blutsverwandte
 freunde helfen zu retten und nicht höflös zu lassen. Bevorab (das mich
 dan zum hochsten bewigt) seinthemal das dieses ein handel und vorhal-
 ten, welchs nicht alleint obenbemelte konigreich, chur und furstent-
 humb, auch andere kreyser²⁾, besonder auch den namen und ehr Gotts,
 auch die gantze gemeyne christenheyt hoch belangen und betreffen thut
 und dieses lopliche^{e)} werck, so ahn ime selbst christlich ist, furnemblich
 zu Gotts ehre, auch erhaltung und beschutzung der armen christenheit
 (darzu ein jder christ seynen pflichten und christenthumb noch eusser-
 stes vermögens zu helfen schuldich) geraichen thut, so byn ich zu schic-
 ken und meyne hulf nach vormögen und gelegenheit keynes weges
 abzuschlahen beschlossen. Dieweil myr aber, wie E.Ko.Mt. itziger zeit
 mit dem grausamen erbvheindt christlichs namens, dem Turckenn, ste-
 hen, nachdem ehr der Cron zu Polann so nahent als andern umbliegen-
 den potentaten gesessen, umbewust, und ich dannocht den andern meyn-
 en gutten herrn und freunden gern also dienen wolt, damit, wan
 E.Ko.Mt. (da Gott genediglichen lang vorsey) ethwan eynen anstoss hett,
 ich mich dannocht der hulf nicht gar entplosset, so ist ahn E.Ko.Mt.
 meyn unterthenigs, vleissiges, freuntlichs bitten, dieselb geruchen mich
 yhn diesem fhall ire gelegenheit genediglichen zu vorstendigen, auf das
 ich mich, mit dem helfen gemeyner christenheit zum besten, umb so viel
 tapferer und ernster oberzelten ursachen halben halten möcht etc. Das²⁾.

a) *verbum correctum.*

b) *sequitur expunctum:* Joh.

c) - d) *bis scriptum.*

e) *verbum correctum.*

z) *sic in ms.*

1) *Ferdinandus I.*

2) *Ioannes Fridericus et Mauritius.*

3) *Philippus.*

4) *Solimanus II.*

N. 2348.

E Regio Monte, 28.XII.1543.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

*data occasione nuntii, qui a rege seniore ad se missus in aulam regiam
 nunc revertitur, eum salutatur et Novi Anni bonum initium ei exoptat; pro
 opera in negotio limitum apud regem seniore interposita gratias agit
 idemque negotium iterum commendat.*

(Latine)

Conc. Latinum, HBA, B, K. 1164.

N. 2349.

E Regio Monte, 28.XII.1543.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]
pro Martini Hermensdorff relicta vidua intercedit et causas eius iudicia-
rias commendat.*

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 584-586.

N. 2350.

E Regio Monte, 28.XII.1543.

*Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
causam viduae Martini Hermensdorff, cum heredibus Lucae Ketting, civis
Gedanensis, ei intercedentem, commendat et rogat, ut a rege impetrare
conetur, quo sententia, in hac causa lata, quam citissime executioni
mandetur.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 104v-105v.

N. 2351.

E Regio Monte, 30.XII.1543.

*Albertus dux in Prussia
capitano Varsaviensi [Ioanni Dzierzgowski]
se nescivisse nuntiat Christophorum Przyborowski, quem a curiae suae mar-
scalco, Friderico ab Oelsnitz, ad emendos equos in Masoviam missum,
ante aliquod tempus ei commendaverat (cfr. N. 2237), furem fuisse et
episcopo Sambiasi Georgio [Polentz] anulum obsignatorium et non
parvam pecuniae summam furto abstulisse et Varsaviam transportasse;
rogat igitur, ut praefatum Przyborowski denuo comprehendi et in vin-
cula coniici iubeat, anulum autem litterarum ostensori tradat.*

(Latine, adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 107-108v).

Cfr. El. XXXVII, N. 834.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 586-589.

N. 2352.

E Regio Monte, 30.XII.1543.

*Albertus dux in Prussia
subcapitaneo Wyszogrodensi*

*de Christophoro Przyborowski (Prziborawsky), episcopi Sambiensis
Georgii (Polentz) servitore et aulico, qui eidem episcopo anulum obsi-
gnatorium et magnam pecuniae summam furto abstulit et Varsaviam
usque deportavit, denuo comprehendo et rebus ablatiis episcopo resti-
tuendis.*

(Latine, adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 105v-107).

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1164).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 589-593.

1544

N. 2353.

E Regio Monte, 4.I.1544.

*Ordines Ducatus Prussiae
Sigismundo I Regi Poloniae*

rogant, ut ad controversias inter Burgundios et regem Daniae pacifice componendas conferre velit etc.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 603-610.

Anno Domini MDXXXIII.

Ad Regem Poloniae nomine omnium ordinum Prussiae, IIII Ianuarii.
Petunt, ut similtates inter Burgundiones et Regnum Daniae studeat componere.

Serenissime Rex.

Quandoquidem palam est, quanta nunc rerum perturbatio omnium, quamque periculosa et iniqua tempora non modo in universa Christianitate, verum etiam in propinquis ac vicinis nostris regionibus (dii meliora) sese ostendant, nihilominus quid Caesareae Maiestatis¹⁾ subditi Burgundiones²⁾ cum Palatino Rheni Friderico caeteraque factione sua adversus Regiam Celsitudinem²⁾ ac Regnum Daniae moliti sint, satis superque constat. Ex quo cogitandum omnino ac cavendum eos periculosissimis hisce temporibus, quibus omnia tumultibus plena, ab incepto haudquam desituros, imo quoniam praedicta Caesarea Maiestas adversarios suos (pro quo Deo habenda gratia) vicit ac superavit, porro sollicitaturos ac negotium suum sic promoturos, quo opera et auxilio eiusdem Caesareae Maiestatis adversus Regem Regnumque Daniae (quemadmodum iam pridem fieri ceptum, sed paterna et clementi bonitate Dei providente non successit) periculum aliquod moliri ac hostile quid conari possint. Equidem Celsitudo Sua Regia, quantum nobis constat, aequas pacis conditiones nunquam hac in re subterfugit, verum semper omnique tempore quaesivit, sed adversa pars diversum subinde offerre ac vergere est visa. Quapropter haud dubie ad tutanda Celsitudinis Suae Regna, regiones ac populos aliqua sibi praesidia comparavit seque ita munivit, ut, si quid bello adversum se tentaretur, non plane nudus ac imparatus existeret.

Quod si nunc apertum inde bellum emergere debeat, Regiae Vestrae Maiestati, tanquam prudentissimo ac longo rerum usu exercitatissimo, facile considerare licet, quantam rerum perturbationem quantamque christiani sanguinis effusionem ac provinciarum vastationem, quae mala

cum bellis semper coniuncta sunt (hisce praesertim periculosis et ob oculos versantibus tempestatibus, quibus capitalis nostrae fidei hostis haudquaquam feriatum aut otium agit), ea res paritura, nec minus auxilia, quae iam dudum adversus crucis hostem parantur^{b)}, sit impeditura. Quare non modo ut intestina bella omnia extinguantur ac acerbae Regum inter se contentiones sepeliantur, Deus Optimus Maximus supplicibus rogandus praecibus, verum etiam ut christianis Regibus, Principibus ac Magistratibus omnibus pacificas mentes; concordiam ac parem animi consensum largiri dignetur, ut praedicto capitali nostro crucisque Christi hosti, collatis in unum auxiliis coniunctisque viribus, eo melius, facilius, maiore virtute et potentia adversum ire atque resistere possint.

Quum autem pro captu ac ingenio nostro (quod quidem exiguum est) enumerata negotia et facta pressius animo considerarem, illud nobis inter caetera (perpensa praesenti necessitate) incidit: nullum neque melius neque praesentius hiis morbis remedium adhiberi posse, quam si adhibita divina ope ac clementia omnes errores, turbae ac dissidia tollantur, communis pax ac tranquillitas conservetur, bellum intestinum et exitiale extinguatur ac quivis, quod iure sibi aequitateque contigit, obtineat. Et cum Regia Vestra Maiestas brevi elapso tempore ex regia innata virtute, bonitate ac clementia, tanquam pacis amantissima, apud inclytam Reginam Mariam, Gubernatricem Inferioris Germaniae etc., ac Burgundios Regni Daniae caussa (quemadmodum nos accepimus) mediatorem egerit auctoritatemque suam, si animos ad pacem ineundam dare velint, interposuerit, quae quidem Reginalis Maiestas non prorsus recusasse ac contempsisse oblata media dicitur, sic ut bona spes supersit posse eos ad pacem et amicitiam^{c)} revocari etc. Cum igitur illud negotium pro tenuitate ingenii nostri perpendimus, invenimus, quod si adversarii cum Regno Daniae voluntati suae obsequi (quod Deus omen obruat) ac superiores esse debent, non modo in Ducatum Prussiae id periculi, cladis ac calamitatis, verum etiam in Regiae Maiestatis Vestrae partem maximam redundaturum, neque iis fortasse finibus contineri id malum tandem posse, imo latius ac eo hanc pestem grassaturam, quousque Romanum Imperium iam olim sibi eius possessionem vindicare voluit. Quod quanto cum dispendio Regiae Vestrae Maiestatis, damno et interitu inclytae Poloniae Coronae futurum sit, neminem ignorare existimamus.

Illud autem cum primis considerandum, intercepto illo angusto freto, quod Sunth nostri appellant, ac libera navigatione (quae quidem res iam olim ante multos annos in Regno Daniae tentata) praeclusa ac prohibita, quae inde gravamina, incommoda et impedimenta Regiae Vestrae Maiestati et toti^{d)} Coronae Poloniae, necnon omnibus incorporatis suis regionibus, nationibus ac dominiis exoritura sint. Accedit ad haec, quod novus Administrator Magni Magisterii³⁾ Prussiae electus est, qui propter bene navatam operam, virtutem ac industriam, proximo bello, quod in Turcas motum est, ostensam, apud Romanas Caesarem et Regiam Maiestatem⁴⁾ sane acceptus ac in magna auctoritate esse dicitur. Is procul dubio Burgundiis contra Regnum Daniae sese adiunget, ut si quid id loci effectum fuerit, ipse ad Regiam Vestram Maiestatem, hasce terras populosque faciliorem ac minus scrupulosum habeat aditum. Quin etiam processus illos^{e)} apud Iudicium Camerae Imperialis quanto maximo studio urgebit dabitque eam operam, ut executio suum nanciscatur effectum. Et quamvis hactenus proscriptionis ergo nihil hostile admodum tentatum,

verendum tamen, ne bellis nunc undiquaque impendentibus executio proscriptionis aliquando maiore cum pernitie tractari urgerique incipiat.

Cum autem certum planeque indubitatum sit multum adeo referre, si Regna Daniae cum hisce regionibus Prussiae pacifica arctaque amicitia inter se devincta sint, neque aliter quam portum stabilem ac firmam arcem existimari ea posse, e diverso autem, si hoc ereptum, contraria omnia expectanda hostiliaque timenda quis^{g)} non videt? Quare subiectissime etiam atque etiam petimus, Regia Maiestas Vestra ex regia sua innata liberalitate pro communis Christianitatis commodo ac emolumento almaeque pacis studio (quod Regiae Maiestati Vestrae haud dubie ad immortalem laudem, gloriam perpetuam ac nunquam moriturum nomen parandum proderit, necnon sibi suisque subditis inprimis utile erit ac frugiferum) apud Romanas Caesaream ac Regiam Maiestates, nihilominus apud omnes Electores ac Principes Sacri Romani Imperii, iisque in locis, ubi Regiae Maiestati Vestrae expedire videbitur, pro divino Regiae Maiestatis Vestrae ingenio, prudentia, consilio atque in rebus omnibus agendis dexteritate, nullis neque studiis neque labori aut diligentiae parcens, tantum nitatur efficere, quo errores isti, simultates et odia inter Burgundios reliquamque factionem cum Regno Daniae aequis ac tollerabilibus conditionibus amice componantur tandemque prorsus tollantur. Cumque pax constituta ac confecta (quod Optimus Maximus Deus clementer benigneque concedere dignetur) inter has partes fuerit, detur opera, ut hae quoque Regiae Maiestatis Vestrae provinciae Prussiae in eas pacis conditiones includantur. Quod si fiat, sperandum ac certo confidendum, supra dicta pericula facile declinari, provincias obtineri ac magis^{h)} quiete in pace et tranquillitate nos omnes vivere posse.

Dignetur praeterea Regia Vestra Maiestas ad proximum Romani Imperiiⁱ⁾ Conventum, Spirae, ut arbitramur, celebrandum, magnae auctoritatis legationem in causa Prussiae, regiis suis ac necessariis instructionibus et informationibus, ablegare. Quae quidem legatio apud Romanas Caesaream et Regiam Maiestates omnesque Imperii ordines tentet omnia et molietur, ut^{j)} non solum molesta et taediosa illa proscriptio antiquetur abrogeturque, sed etiam reliqua adversa omnia, tam ad Regnum Daniae quam Prussiae Ducatum spectantia, e medio tollantur, reconcilientur ac sopiantur. Inprimis vero in hoc incumbat, ut praetenso illi Magistro Ordinis Teutonicorum electo feudum regionum Prussiae, quod in damnum fraudemque Regiae Maiestatis Vestrae vergat, non concedatur. Certo planeque confidentes, ubi Regia Vestra Maiestas, quemadmodum minime dubitamus, causam hoc pacto cum gravitate ac magno molimine susceperit (considerando harum terrarum imminetia undique pericula) ac regia auctoritate promovere ac instare non cessaverit, haud infrugiferum illum omnibus partibus conatum fore, imo etiam omnem metum de proscriptione existentem facile^{k)} amotum iri. Ad haec praetensus ille Magnus Magister electus tanto minus mali adversus hasce provincias machinari poterit eritque ex omni parte laeta pax atque tranquillitas. Hoc tum Deus omnipotens, ut est in remunerando hominum benefacta largus, magnis premiis sarciet, tum Regiae Maiestati Vestrae immortalis^{l)} laus, gloria et honos inde^{m)} exorietur et nosⁿ⁾ eadem Regia Vestra Maiestas sic in omne tempus devinciet, quod omnibus summis studiis,

debitis subditisque officiis subiectissime promereri conabimur. Datae ex Regio Monte, ut supra.

Regiae Maiestatis Vestrae obedientes subditi
Praelati, Barones etc.
Constantinus.

- | | |
|---|------------------------------------|
| a) <i>verbum correctum.</i> | k) <i>sequitur expunctum:</i> eo |
| b) <i>correctum ex:</i> parantur | l) <i>sequitur expunctum:</i> inde |
| c) <i>in ms. amicitiam</i> | m) <i>in margine.</i> |
| d) <i>in ms. toto</i> | n) <i>et nos in margine.</i> |
| e) <i>in ms. sequitur:</i> nihili | 1) <i>Carolus V.</i> |
| g) <i>in margine.</i> | 2) <i>Christianus III.</i> |
| h) <i>sequitur expunctum:</i> firme | 3) <i>Volfangus Schutzbar.</i> |
| i) <i>correctum ex:</i> Imperium | 4) <i>Ferdinandus I.</i> |
| j) <i>pro expuncto:</i> vel <i>suprascriptum.</i> | |

N. 2354.

E Regio Monte, 4.I.1544.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
rogat, ut negotium regis Daniae, ei cum Burgundiis intercedens, in Comitiis Regni promovere conetur.*

Cfr. El. XXXVII, N. 823.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 610-614.

Ad Comitem de Tharnau, 4 Ianuarii.

Petit, ut negotium Danicum in Conventu promoveat.

Salutem et benevolentiam nostram.

Illustris, Magnifice ac Generose.

Illustriatatis Vestrae literas, 19 Decembris in Magna Opaten datas, perquam grato accepimus animo, fuitque hoc nobis imprimis gratum atque iucundum, quod eiusdem Illustriatatis Vestrae literae fraternum ac benevolum multis in rebus antea nobis cognitum atque perspectum animum gratificandique studium praeseferebant. Maximasque agimus et habemus Illustriatati Vestrae gratias, quod tanto studio nostra negotia promovere conata sit maiorique diligentia se promoturam in futuris Comitiis haec atque alia promittit. Hoc sibi Illustritas Vestra certo persuadeat volumus, nihil hoc nobis gratius, nihil exoptatius accidere posse, quam ut ea negotia, in quibus salus harum terrarum verti videtur, cum bona gratia, sine iniuria ac diminutione aliqua privilegiorum, componantur. Iterumque ab Illustritate Vestra (non quod de eiusdem fide aut diligentia quicquam dubitemus, sed quia eae res maxime nos suspensos tenent) petimus, Illustritas Vestra velit sibi haec atque alia nostra negotia quam commendatissima habere.

In futuris Comitiis gravem nuntium ad Sacram Caesaream Maiestatem¹⁾ missum iri, qui negotia haec, ac praesertim causam Sere-
nissimi Regis Danorum²⁾, tum ex necessitate tum gravitate acturus est, vehementer gaudemus. Deus omnipotens faxit, ut omnia haec negotia

non solum agat, sed etiam peragat et perficiat. Si quid nostro consilio, quod etsi tenue et exiguum est, eas res iuvare ac promovere possumus, dabimus operam, ne quis fidem ac diligentiam in nobis desideret, eamque ob causam atque alia nostra negotia decrevimus etiam nostros legatos ad ea Comitia mittere, ut quilibet conspiciere possit nobis harum terrarum adeoque totius inclitae Coronae Poloniae commodum et utilitatem curae esse. Quos legatos Illustritas Vestra, petimus, nostro nomine commendatos habere consilioque et auxilio in his et aliis negotiis omnibus, propter quae missi sunt, iuvare ac promovere velit. Quod Illustritas Vestra scribit se vereri, ne quid impedimenti ea res ferat, quod Sacra Caesarea et Regia³⁾ Romanae Maiestates queruntur indignitatem quandam ac contemptum a nostris actum, non dici potest, quam ea res gravis molestaque nobis accadat. Etsi autem, quidquid id sit, nihil certi nobis constet, tamen quantum ex coniecturis et communi hominum fama colligere possumus, facile quid rei sit suspicamur. Eas enim ipsas res, quas arbitramur in causa esse, non parum Caesareae ac Regiae Romanarum Maiestatum animos multorumque aliorum, qui Sacrae Regiae Maiestati aut inclitae Coronae olim magno usui esse possint, abalienare perhibent. Deum autem Optimum Maximum precamur, ut pro sua ineffabili bonitate ac clementia quicquid est infortunii, quod nostris cervicibus imminet, clementer avertere dignetur. Nisi enim hoc fit, plurimum mali ea res fert. Quare etiam atque etiam petimus, Illustritas Vestra, quae primum locum inter inclitae Coronae status tenet, pro sua fide, constantia, amplitudine et prudentia enitat^{b)}, quantumque humanis viribus praestari potest, contendat, efficiat, autoritate sua perficiat, ut omne hoc malum ab his terris totaque Corona avertatur. Nobis ea res non solum grata, sed etiam iucunda erit, Illustritatemque Vestram apud omnes ordines praeclare hanc operam posituram pollicemur. Nos quoque, quacumque in re eam rem iuvare poterimus, dabimus operam, ut studiose ac diligenter fiat.

Quod de emendis in Bohemia bonis Vestram Illustritatem monuimus, ut caute ac circumspecte in ea re ageret, non alio id fecimus consilio, nisi quod ex fraterno ac sincero amore coniunctissimaque necessitudine Illustritatem Vestram ab omni incommodo, detrimento ac molestia sartam tectam conservari cupimus. Rem autem ex sententia iam esse transactam Illustritati Vestrae valde gratulamur optamusque, ut ea res fausta foelixque eidem ac posteris nepotibusque suis eveniat. Postremo iterum petimus, Illustritas Vestra velit legatos nostros non aliter ac nos ipsos sibi commendatos habere nostrique honoris causa operam dare, ut sua negotia, propter quae missi sunt, expediant optatumque responsum referant. Id erga Illustritatem Vestram, cui etiam nunc bonum auspici^{c)} novi huius anni ex animo precamur, quamque Christo liberatori nostro, qui^{d)} ex Virgine ad omnium nostrum salutem^{e)} nasci dignatus est, quam diutissime salvam^{f)} et incolumem conservandam committimus, omnibus fraternis studiis ac officiis promereri studebimus. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Melchior Kottingk.

a) in margine pro expuncto in textu: affectus

b) in ms. enitet

c) in ms. auspicium

d) in ms. quae

e) - f) in margine.

1) Carolus V.

2) Christianus III.

3) Ferdinandus I.

Albertus dux in Prussia

*Samueli Maciejowski, episcopo Plocensi, R.P. vicecancellario,
de legato a rege ad imperatorem et ad reginam Mariam in negotio Danico
mittendo.*

Cfr. El. XXXVII, NN. 821, 822.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 614-617.

Domino Samueli Episcopo Plocensi, IIII Ianuarii.

De legatione mittenda ad Caesaream Maiestatem¹⁾ in negotio Danico
et. Prussico.

Sincerum fraternique animi adfectum et quicquid grati praestare
possumus.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis perchare.

Binas a Reverenda Vestra Paternitate literas, unas XV, alteras XVII
die mensis Decembris datas, accepimus. Quas quidem libenter et non
sine magna animi voluptate perlegimus. Nam quod Vestra Reverenda
Paternitas pacis tam cupida ac studiosa est, quam nos eam esse certo sci-
mus et literae etiam humanissimae satis declarant, quodque ad eam con-
stituendam et conciliandam omnem suam operam, curam^{a)} ac studium
liberalissime pollicetur, est id nobis gratissimum idque spem facit maxi-
mam fore, ut Serenissima Regia Maiestas, Deo Optimo Maximo pro
immensa sua bonitate actionem fortunante, Reverenda Vestra Paterni-
tate admonitore, rem ad foelicem, laetum et optatum exitum perducatur.
Quo nomine etiam Reverendae Vestrae Paternitati plurimum debemus,
nec tantum nos, sed et omnes, ad quos huius pacificationis fructus per-
venturus est, gratias agent Reverendae Vestrae Paternitati summas eius-
que beneficii memoriam nunquam interire sinent. Porro neque soli nos
tantopere de pace, quam hoc tempore maxime necessariam perspicimus,
laboramus, verum etiam paucis ante diebus cerciores facti sumus regiae
partis Prussiae prudentissimos consiliarios, iis malis ac periculis, quae ex
Danicis discordiis his terris accidere possent, consideratis, idem a Sere-
nissima Regia Maiestate petere constituisse, Achatiumque a Zemen lega-
tum ad Regiam Maiestatem eam ob rem missum. Quod nos eo magis
confirmat, ut credamus Regiam eius Maiestatem tanto faciliorem ac
benigniore ad eam rem transigendam se exhibituram legatumque
suum ad Caesaream Maiestatem, necnon Serenissimam Reginam
Mariam, ad harum etiam terrarum otium ac tranquillitatem non gravate
ablegaturam.

Quamquam autem sine nostro etiam consilio, quod sane quam exi-
guum est, Serenissima Regia eius Maiestas rectissime ac prudentissime
statuet, quisnam ad hoc negotium ex sententia conficiendum accommo-
datissimus sit, attamen Reverendae Vestrae Paternitati, quam ex animo
nobis bene velle scimus et in cuius sinum omnia nostra cogitata effun-
dere non dubitamus, animi nostri ea de re sententiam explicandam expo-
nendamque existimavimus. Nam cum in hac dissensione componenda
gravi, ingenioso ac perito legato in primis opus sit, qui si una non suc-
cesserit, rem alia via aggredi et uno repudiato consilio aliud captare

norit, idque etiam ipsius Serenissimae Regiae Maiestatis magnopere intersit, quare nobis videtur ad hanc rem ex voto conficiendam eundem Achatium Zemen mirum in modum esse idoneum et accommodatum. Habet multarum rerum usum, eximiam ac singularem gravitatem, mirificam in agendo dexteritatem atque etiam totum negotium illi quam notissimum est. Quod si Vestrae Reverendae Paternitatis iudicium cum nostro convenerit atque dictum Zemen in primis aptum censuerit, secum deliberet petimus, anne operae precium id a Reverenda Vestra Paternitate ad Serenissimam Regiam Maiestatem referri. Si enim aliquis mittendus est, nostra sententia satius ac fructuosius est maiori sumptu ac impendio gravem aliquem virum, et qui tanto negotio perficiendo non impar videtur, ablegare, quam inferiorem mittere, qui re infecta redeat atque frustra operam consumat. Is enim procul dubio sumptuum accessionem fructus magnitudine resarciet et recompensabit. Nos tamen nihil hic nostro iudicio tribuendum, verum Reverendae Vestrae Paternitatis summae ac eximiae prudentiae diiudicandum et, si visum fuerit, agendum committimus. Quam Christo Servatori nostro ab omni malo conservandam commendamus eique huius ineuntis novi anni initium auspica- tum ac felix, progressum feliciorum et exitum felicissimum optamus ac precamur. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Ioachim.

a) sequitur expunctum: et
1) Carolus V.

N. 2356.

E Regio Monte, 4.I.1544.

Albertus dux in Prussia
Petro Okuń, reginae Poloniae iunioris curiae magistro,
litteras eius, 15.XII.1543 datas, se accepisse nuntiat; pro promissione fi-
lium Georgii a Kunheim in clientelam suam accipiendi gratias agit; ro-
gat, ut se reginae iuniori commendare velit.
(Latine)
Cfr. El. XXXVII, NN. 820, 829.
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 618-619.

N. 2357.

E Regio Monte, 7.I.1544.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
pro binis litteris et novitatibus sibi missis gratias agit; certior fieri cupit,
si quae damna ex cusione ternariorum nummum (dreyer groschen)
sibi exoriri possint.
(Germanice)
Cfr. El. XLIX, N. 460.
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 113-114.

N. 2358.

Laukischken, 12.I.1544.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo (Tharla), vexillifero Sandomiriensi,

litteras eius, 8.I.1544 ex Olita datas, se accepisse nuntiat, sed ob regis infirmam valetudinem negotium eius promovere non potuisse; duos equos bonos sibi emi petit; pro missis novis gratias agit et alia sibi significari iubet.

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 21.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 116v-117v.

N. 2359.

E Regio Monte, 14.I.1544.

Albertus dux et ordines Ducatus Prussiae

Sigismundo I regi Poloniae et ordinibus Regni

Ioannem a Kreitzen, cancellarium, et Ioannem Rauther, consiliarium ducis Alberti, ad Comitata Petricoviensia legatos suos mittunt et rogant, ut eos audiant et in omnibus fidem adhibeant.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 619-622.

N. 2360.

E Regio Monte, 14.I.1544.

Ordines et civitates Ducatus Prussiae

Sigismundo I regi Poloniae

litterae credentiales Ioanni a Kreitzen, cancellario ducis Alberti, et Ioanni Rauther, consiliario eius, necnon Ioachimo Streckfuss, Veteris Civitatis Regiomontanae senatori, ad Comitata Petricoviensia ablegatis, datae.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 622-624.

N. 2361.

E Regio Monte, 14.I.1544.

Ordines et civitates Ducatus Prussiae

Sigismundo I regi Poloniae et ordinibus Regni

litterae credentiales Ioanni a Kreitzen, Ioanni Rauther et Ioachimo Streckfuss, ad Comitata Petricoviensia ablegatis, datae.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 625-627.

N. 2362.

E Regio Monte, 14.I.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

litterae credentiales Ioanni a Kreitzen, cancellario, et Ioanni Rauther, consiliario suo ad regem et ad Comitua Petricoviensia ablegatis, datae.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 627-629.

N. 2363.

E Regio Monte, 14.I.1544.

Ordines Ducatus Prussiae

Bonae reginae Poloniae

litterae credentiales Ioanni a Kreitzen, Ioanni Rauther et Ioachimo Streckfuss, ad Comitua Petricoviensia ablegatis, datae.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 629-631.

N. 2364.

E Regio Monte, 14.I.1544.

Ordines Ducatus Prussiae

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

litterae credentiales Ioanni a Kreitzen, Ioanni Rauther et Ioachimo Streckfuss, ad Comitua Petricoviensia ablegatis, datae.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 631-633.

N. 2365.

Laukischken, 14.I.1544.

Albertus dux in Prussia

episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]

rogat, ut operam suam apud regem interponat, quo — Georgio Konopacki, palatino Pomeraniae, iam vita functo — Achatius Czema, castellanus Gedanensis, palatinatum Pomeraniae et Ioannes a Werden castellana-tum Gedanensem obtinere possint.

(Autogr.)

Conc. Latinum, HBA, B, K. 1165.

(Etiam in: *Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., f. 282*).

N. 2366.

E Regio Monte, 14.I.1544.

*Albertus dux in Prussia
aliquibus proceribus Regni Poloniae
litterae credentiales Ioanni a Kreitzen et Ioanni Rauther, ad Comitia Petricoviensia ablegatis, datae.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 633-634.

N. 2367.

E Regio Monte, 14.I.1544.

*Praelati, barones, equester ordo, civitatum et oppidorum Ducatus Prussiae
consules et legati*

Stanislao Kościelecki (Kotzieletzki), «palatino Posnaniensi»),
litterae credentiales Ioanni Kreitzen, Ioanni Rauther et Ioachimo Streckfuss, ad Comitia Petricoviensia ablegatis, datae.*

Conc. Latinum, HBA, B, K. 1165.

**) Sic in ms.: Stanislaus Kościelecki,
palatinus Posnaniensis obiit a. 1534; a.
1544 palatinus Posnaniensis erat Ioannes
(Ianus) Latałski.*

N. 2368.

E Regio Monte, 14.I.1544.

Albertus dux in Prussia

senatui Cracoviensi

*pro Bartholomaeo Horn, servitore suo, cui post matris et fratris mortem
hereditas quaedam Cracoviae relicta est, intercedit.*

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 634-635.

N. 2369.

E Regio Monte, 14.I.1544.

Albertus dux in Prussia

burggravio et iudicibus Cracoviensibus

causam Bartholomaei Horn commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 635-636.

N. 2370.

E Regio Monte, 25.I.1544.

*Albertus dux in Prussia
castellano Varsaviensi*

rogat, ut episcopi Sambiensis [Georgii Polentz] servitori, Martino Kesselsdorff, inprehendendo fure, Christophoro Przyborowski, qui eidem episcopo magnam auri et argenti copiam furto abstulit et nunc in praefectura Varsaviensi latitare fertur, auxilio sit.

(Latine, adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 114-115).

Cfr. El. XXXVII, N. 833.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165: sub textu; An woywoden zu Warschau).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 636-637.

N. 2371.

E Regio Monte, 28.I.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro gratulatione de coniugis valetudine et missis novitatibus gratias agit; rogat, ut argentum a praedonibus interceptum et recuperatum tantisper apud se retineat, donec cautionem per nuntium suum ei miserit.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 824.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 115-116v).

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 637-640.

N. 2372.

E Regio Monte, 30.I.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro consolatione de morte fratris, Georgii marchionis Brandenburgensis, gratias agit.

(Latine, adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 117-118v).

Cfr. El. XXXVII, N. 825.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 640-642.

N. 2373.

E Regio Monte, 31.I.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

*rogat, ut sibi tempus concedere velit, quo de re per Petrum Dameraw sibi
proposita altius considerare possit.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 280.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 642-643.

N. 2374.

E Regio Monte, 31.I.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

*responsum Petro Dameraw, regis Poloniae iunioris ad ducem legato, in ne-
gotio ei a rege concredito, a duce in persona datum («personlich gege-
bene antwurth»).*

Cfr. El. XXX, N. 280.

Conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165.

N. 2375.

E Regio Monte, 1.II.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*Ioannem Seclucianum, haereseos accusatum, commendat et rogat, ut ei
benignas aures adhibeat, quo se tali accusatione purgare possit.*

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 643-645.

Regi Poloniae Seniori, 1 Februarii.

Serenissime Rex, Domine clementissime ac Avuncule charissime.

*Cum subditus ac servitor Regiae Maiestatis Vestrae, Ioannes Seclu-
tianus, baccalarius, haereseos nomine apud Reverendissimum ac Reve-
rendum Archiepiscopum et Episcopum Gnesnensem¹⁾ ac Posnaniensem²⁾
accusatus esset, veritus, ne ea res aliquid periculi sibi afferret, ad me
confugit. Ac cum a Sacra Regia Maiestate Vestra literae ad eum perlatae
essent, quibus illi unius mensis salvus conductus conceditur, ipseque
arbitraretur se huius suspicionis purgare posse, etiam atque etiam sup-
pliciter a me petiit, ut se Regiae Maiestati Vestrae commendarem, quod
illi petenti denegare haud potui. Submisce igitur a Regia Maiestate
Vestra, ut Domino meo clementissimo, peto atque rogo, Regia Maiestas*

Vestra velit illi misero et destituto pro insita regia clementia benignas ac clementes in purgando adhibere aures. Ac cum videatur perbreve admodum vix adeundi ac redeundi tempus habere, iterum peto, regia Maiestas Vestra velit illi clementer meo nomine concedere, ut sub publica fide diutius illic sine ullo impedimento aut periculo, quoad negotia sua expediverit, commorari possit. Id cum et pium sit et maxime regio officio dignum, nihil dubito, Deus omnipotens plenissime eam clementiam sit remuneraturus. Ego quoque, quantum subditis officiis ac serviciis erga Regiam Maiestatem Vestram (quam cum Serenissima coniuge ac charissimis liberis Salvatori nostro nunc commendo) promereri possum, dabo operam, ut quam studiosissime fiat. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis
ex relatione Burgrabii.
M. Kottingk.

1) *Petrus Gamrat.*

2) *Sebastianus Branicki.*

N. 2376.

Rosacken, 6.II.1544.

*Albertus dux in Prussia
castellano Biechoviensi [Nicolao Russocki]
in recuperanda pecunia, a servo ei furtim ablata, auxilium suum promittit.*

(Schedula: de 100 florenis filio eius mutuo datis).

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 645-646.

N. 2377.

E Regio Monte, 18.II.1544.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Georgio Bielewicz]
a Martino Kannacher (Cannacher), burggravio Regiomontano, certior factus
de petitione eius, ut doctor Ioannes Brettschneider, medicus suus, ad
eum in Plotele venire posset, quo ei in aegritudine auxilio esset, quam-
quam invitatus concedit tamen, ut se eo conferat, sed rogat, ut re confecta
sine more statim in aulam suam remittatur.*

(Germanice)

Cfr. El. XXXVII, NN. 832, 835.

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 157.

N. 2378.

E Regio Monte, 20.II.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

ad binas litteras regis de reddendis profugis, alteras 25.VIII.1543, alteras 29.VII.1526 datas, respondet.

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 22, 271.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 648-649.

N. 2379.

E Regio Monte, 20.II.1544.

Albertus dux in Prussia

castellano Samogitiae (?) et palatino Vilnensi [Ioanni Hlebowicz]

pro Iacobo Grolock, cive Regiomontano, intercedit, ut ei ligna, inique a Nicolao Szukowicz arrestata, restituantur.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 646-648.

N. 2380.

E Regio Monte, 25.II.1544.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Myszkowski, dapifero Cracoviensi,

sperat eum, legatum in negotiis suis ad imperatorem a rege nominatum, «ea mandata accepisse, quae ad inclytae Coronae ius ac maiestatem, Ecclesiae Christi commodum ac utilitatem, harum autem terrarum tranquillitatem ac pacem retinendam necessaria sint».

Cfr. El. XXXVII, N. 830.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 118v-120).

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 650-651.

Nicolao Miskowski. XXV Februarii.

Salutem et benevolentiam nostram.

Nobilis ac Generose, syncere nobis dilecte.

Generositatis Vestrae literas, Petricoviae VIII Februarii praesentis anni datas, accepimus. Ex quibus inter reliqua cognovimus partim fortunam, partim casum impedivisse, quominus Generositas Vestra nostri notitiam habere potuerit, eamque rem bene de nobis merendi occasionem hactenus impedivisse. Cum autem inclyta Miskavfskorum familia iam inde a multis annis omni officiorum genere nos semper studiosis-

sime coluerit, ac Generositas Vestra nunc occasionem nacta, ut non minus Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo et avunculo charissimo, quam nobis in hac re gratificari ac plurimum prodesse possit, non dubitamus Generositatem Vestram non modo in hac re nobis inseruituram, verum etiam notitiam inde maiorem inter nos exorituram. Quod autem Generositas Vestra significat se a Sacra Regia Maiestate Poloniae, Domino et avunculo nostro clementissimo, ad Sacram Caesarem ac Catholicam Romanorum Maiestatem¹⁾ in rebus maxime ad me pertinentibus ablegatam iri, neque quid certi nobis, quod Generositati Vestrae hac in re a Sacra Regia Maiestate mandatum sit, constet planumque sit ea negotia non tam ad me, quam ad Sacram Regiam Maiestatem inclytumque Regnum Poloniae certo directeque pertinere, non dubitamus Generositatem Vestram ea mandata accepisse, quae ad inclytae Coronae ius ac maiestatem, Ecclesiae Christi commodum ac utilitatem, harum autem^{a)} terrarum tranquillitatem ac pacem retinendam necessaria sint. Id ut Deus Optimus Maximus pro immensa sua bonitate largire dignetur, ex animo optamus atque precamur. Si quid etiam Generositatem Vestram nostra hac in re opera ac consilio (quod etsi tenue et exiguum est), iuvare possumus, volumus id saepe nominatae Regiae Maiestati, Domino et avunculo nostro clementissimo, significare, ut ea quam primum ad Generositatem Vestram deferantur. Neque hic Generositatem Vestram celare volumus, nos Nobilem ac Generosum Consiliarium ac fidelem nobis dilectum Assuerum Brandt iam dudum ablegasse iis mandatis, ut Generositatem Vestram vel quemcumque alium, qui nomine Sacrae Regiae Maiestatis eo profecturus esset, convenire suaque cum illo consilia, quantum rei dignitas ac necessitas postularet, communicaret. Petimus itaque etiam atque etiam, Generositas Vestra, cui scimus Sacrae Regiae Maiestatis negotia maximae curae esse, idem (quod se suis etiam literis facturam promisit) facere non dedignetur, totamque hanc causam diligenter ac candide (quod minime dubitamus) promovere ac efficere non desinat. Id procul dubio Sacrae Regiae Maiestati gratum atque iucundum erit. Nos quoque erga Generositatem Vestram clementer compensare conabimur. Datae Regio Monte.

Commissio Principis
ex relatione Secretarii.
M. Kotting.

a) in margine.

1) Carolus V.

N. 2381.

E Regio Monte, 26.II.1544.

*Albertus dux in Prussia
Spytconi Tarnowski, R.P. thesaurario,
de annuo, stipendio (4000 aureorum) sibi numerando.*

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, f. 652.

N. 2382.

E Regio Monte, 26.II.1544.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, et mutatis mutandis episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski], episcopo Vladislaviensi [Nicolao Dzierzowski] et Andree a Górka, castellano Posnaniensi, in negotio iudiciario Stanislai Ławski (alias Grabowski), vexilliferi Varsaviensis, sibi ab eis commendato, respondet se eis «certis de causis» hac in re gratificari non posse.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Cfr. El. XXXVII, NN. 781, 783, 784, 785.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 653-654.

N. 2383.

E Regio Monte, 26.II.1544.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Ławski, vexillifero Varsaviensi,

roganti illi, ut ad terminandam controversiam, de bonis Andrissewo sibi intercedentem, alium diem sibi iterum constituat, respondet sibi nunc integrum non esse petitioni eius morem gerere.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII. N. 831.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 654-655.

N. 2384.

E Regio Monte, 26.II.1544

Albertus dux in Prussia

Fabiano Czema, succamerario Pomeraniae,

litteras regias heri acceptas et litteras suas fratri eius, Achatio Czema, inscriptas per nuntium suum Petricoviam se misisse significat, quo Achatius Czema ad Comititia Regni profecturus esset; ob regis iunioris bonam valetudinem gaudet et successus venatorios ei exoptat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 120-120v.

N. 2385.

E Regio Monte, 26.II.1544.

Albertus dux in Prussia

*Iosto Ludovico Decio, monetæ regiae præfecto,
pro litteris de re monetaria tractantibus et consiliis circa filiae suae matri-
monium gratias agit; explicat rationes, ob quas summam 4000 florenor-
um ei mutuo dare nequeat.*

Cfr. El. XLIX, N. 462.

(Adest conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 121-122v.

N. 2386.

E Regio Monte, 29.II.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*de litteris regis una cum adiuncto litterarum imperatoris exemplo sibi red-
ditis; de causa regundorum finium; de negotio Danico.*

Cfr. El. XXX, N. 282.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 123-125).

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 655-659.

Ad Regem Poloniae Seniore, XXIX Februarii.

*Responsoria de prorogatione constitutæ diei ad terminandam limi-
tum controversiam, item literis Caesaris¹⁾ et mittendo legato Spiram.
Serenissime Rex.*

*Regiæ Maiestatis Vestrae litterae, Petricoviae 18 Februarii datae,
per nuntium eiusdem^{a)} proprium ad 28^{b)} mensis huius sunt mihi reddi-
tae. Ex quibus ipsis primo intellexi Consiliarios Magni Ducatus Lithua-
niae Regiæ Maiestati Vestrae significasse, se nequaquam posse ad desi-
gnatum diem, de quo inter Regiam Maiestatem Vestram et me^{b)} conve-
nit, ad fines regundos proficisci, postulans, ut quem ad diem prorogari
negotium hoc velim, eidem^{c)} perscriberem, ut certi iam aliquid Regia
Maiestas Vestra mecum constituere possit. His etiam adiunctum fuit lite-
rarum exemplum, quas Romanorum Caesarea Maiestas de causa Danica
et negotio Prussico ad Maiestatem Vestram perscripsit. De quibus omni-
bus Regiæ Maiestati Vestrae subiectissime etiam atque etiam habeo gra-
tiam. Principio igitur, quod Magni Lithuaniae Ducatus Consiliarii præ-
texunt se ad constitutum diem finium regundorum negotio interesse non
posse, certe non mediocriter miror, cum a Regia Maiestate Vestra, eorum
haud dubie præhabito consensu, bono maturoque consilio ea dies electa
sit. Ego vero ne aliter quidem cogitare potuerim, quam ad id temporis
negotium hoc terminaturum^{d)} iri. Quo factum est, ut de necessariis pro-
spiciens, non parvo mihi iam dudum ea res steterit.*

Ad haec non dubito Regiam Maiestatem Vestram ab nuntiis meis, quos ad Conventum Regni Petricoviam misi, certiore iam pridem factam, quae mihi, pendente adhuc lite, praeter Regiae Maiestatis Vestrae mandatum contraque edictum, quo cautum est, ut pacifice agantur tractenturque omnia, iniuriae^{d)} inferantur. Et quamvis invitus hercle Regiam Maiestatem Vestram querelis obruo, quibus procul dubio animus eiusdem summe distrahatur et exulceretur, tamen caussae sunt eiusmodi, ut eas silentio praeterire haudquaquam, si velim, possim. Quapropter tanto etiam minus caussas invenio, ob quas designatus limitum dies differri merito debeat. Neque apud me aliter cogitare possum, quam quod Lithuaniae Consiliarii magis, ut mihi, meis terris subditisque incommodent meque alioqui plus satis gravatum porro aggravent, quam quod aliqua necessitate urgente, diem hoc modo extrahunt^{e)}. Quemadmodum autem in iis etiam Regiae Maiestatis Vestrae literis postulatur, ut ipse diem ad fines regundos constituerem, considerare eidem clementer licet, cum is dies, ab illa ipsa Regia Maiestate Vestra designatus, non celebretur, quantum a me indictus dies autoritatis sit habiturus. Multo minus decere me arbitror Regiae Maiestati Vestrae minorem me tempus praestituere.

Quare amice, vehementer, subiectissime etiam atque etiam peto, dignetur postmodum Regia Maiestas Vestra clementer, si fieri potest, mandare, quo ad diem ante constitutum negotium limitum Deo adiuvante auspicietur. Quod si fieri nullo pacto potest ac tandem dilatio petitur, maiorem in modum rogo, ne ea dilatio longa sit deturque opera, ut sub id anni temporis dies alius dicatur, quo commode granicies lustrari inspicique possunt. Quin imo illud etiam caveri in primis peto, ne mihi meisque subditis iniuriae interim ullae inferantur. Verum, ut in possessione mea veteri sine perturbatione manere et impressionibus vicinorum carere queam. Quod si non fiat, rationes meae fidesque, qua inclitae Poloniae Coronae devinctus sum, sic ut agam omnino postulat, ne quid feudum meum detrimenti capiat. Quam quidem rem Regiae Maiestati Vestrae curae futuram spero. Quod ad exemplum literarum Romanorum Imperatoris mihi transmissum attinet, pro eo magnas merito Maiestati Vestrae habeo gratias. Cumque intelligam eandem Regiam Maiestatem Vestram legatum ad Conventum, qui iam dudum Spirae, urbe imperiali, celebratur, destinasse, non dubito Regiam Maiestatem Vestram sua ipsius negotia ita, uti decet et ego plene confido, promoturam. Inprimis autem Maiestatem Vestram Regiam tales viros, qui prudentia, longo rerum usu et autoritate prae ceteris valent causarumque talium notitiam habent et necessariis adminiculis ad negotia eiusmodi peragenda instructi sunt, ordinaturam spero. Neque ab re meo quidem iudicio esset, imo necessarium sane, ut Palatinus Rheni Fridericus, vinctus item Christiernus alique, caussae illi adhaerentes, negotio Danico adhiberentur neque excluderentur. Hoc si non fit, vereor, ut causa sine fructu agatur. Quod ad Regiam Celsitudinem Danie²⁾ spectat, erunt procul dubio Celsitudinis Suae legati in Conventu praedicto Spirensi, ex quibus Regiae Maiestatis Vestrae Consiliarii rem omnem porro percipient. Subiectissime petens, Regia Maiestas Vestra apud Romanas Caesaream et Regiam³⁾ Maiestates sollicitando, instando petendoque non desinat, quo tandem ea res optatum finem sortiatur, pax et tranquillitas constituatur, prorsus sperans mihiq; persuasum habens, cum omnibus Regiae Maiestatis Vestrae Regnis, terris, populis, in primis hiis Prussiae regionibus ac toti Poloniae Coronae multum adeo intersit, quo in statu Dania et cir-

cumsita maris ora sit, Regia Maiestas Vestra omni studio diligentiaque causam hanc urgere non desinet. Quicquid ipse quoque, pro ingenii viriumque mearum tenuitate, adiumenti praestare possum, sic dabo operam, ut diligentia studiumque in me non desiderari queat. Quod Regiae Maiestati Vestrae, cui me commendatum facio, ad suas literas responsi loco remittendum duxi. Datae ex Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Constantinus.

- a) *sequitur expunctum*: eiusdem
- b) *correctum ex*: meae
- c) *in margine*.
- d) *correctum ex*: iniuriaeque
- e) *correctum ex*: extrahuntur

- z) *sic in ms.*
- 1) *Carolus V.*
- 2) *Christianus III.*
- 3) *Ferdinandus I.*
- *) *in textu Germ.*: 29

N. 2387.

E Regio Monte, 29.II.1544.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
de die regundorum finium ultra non differendo.*

(*Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 125-126.*)

(*Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165.*)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 659-662.

Ad Regem Poloniae Iuniorem, 29 Februarii.

Aegre fert prorogationem praestitutae ad terminandos limites diei a Litanis postulati, petens, ne concedatur aut certe non longe prorogetur.

Serenissime Rex.

Cum mihi commode hic oblatus esset nuntius, facere non potui, quin Regiam Maiestatem Vestram his meis scriptis inviserem. Si igitur Maiestas Vestra Regia bene, foeliciter^{a)} atque ex animi sui sententia valeret prosperisque successibus uteretur (quod ut Optimus Maximus Deus^{b)} faciat, maximopere precor), esset mihi auditu iucundissimum. Ac Regiam Maiestatem Vestram^{c)} latere nolo Serenissimum Principem et Dominum, Dominum Sigismundum cum titulis, mihi scripsisse, quod Consilarii Magni Ducatus Lithuaniae Regiae Suae Maiestati significarint se nequaquam ad designatum diem, de quo inter Regiam Maiestatem Suam et me convenit, ad fines regundos proficisci posse, quemadmodum Regia Maiestas Vestra ex incluso literarum exemplo intelligere latius poterit, ego vero, Serenissime Rex, non mediocriter miror Consiliarios Lithuaniae hoc tempore tergiversari^{d)} ac constitutum finibus regundis diem mutare velle, cum tamen Regia Sua Maiestas bono, maturo ac singulari quodam consilio praehabito, haud dubie statuum Lithuaniae consensu, eam diem elegerit statueritque. Quapropter aliter apud me statuere ac cogitare nequeo, quam quod Lithuaniae Consilarii sua sponte, magis adeo mihi meisque subditis ut incommodent meque, antea plus

satis oneratum, porro aggravent, quam ut aliqua cogente necessitate diem hoc modo extrahunt ac dilationem petunt. Itaque Regiam Maiestatem Vestram maximopere etiam atque etiam peto, velit in id incumbere ac regiam suam auctoritatem sic interponere, quo ad ante designatum diem negotium limitum Deo fortunante auspicetur. Ego enim causam, ob quam merito differri ea res debeat, non video. Neque dissimulo mihi magno iam dudum eius rei apparatus, dum rebus omnibus victui necessariis prospicio, stetisse.

Tum autem alium diem finibus lustrandis enunciare mihi nequaquam integrum est aut decorum, considerando, quod cum praedictum diem ab illa ipsa Regia Maiestate Sua designatum celebrare in animum non inducunt, diem a me dictam multo minus auctoritatis habituram. Imo sine omni fructu eam rem a me tentatam iri. Idcirco Regia Maiestas Vestra eam operam adhibere dignetur, ut si finium regundorum negotium nullo pacto ad constitutum tempus processurum est, ne dilatio longa vel quaeratur vel concedatur, tum illud etiam curetur, ut sub id anni temporis dies alius dicatur, quo die granities commode lustrari conspicique possunt. Nihilominus hoc quoque clementer mandetur (quoniam contra Sacrae Regiae Maiestatis mandatum multis intolerabilibus gravaminibus a vicinis meis obruor), ne mihi meisque subditis iniuriae interim inferantur, verum ut in possessione mea veteri sine perturbatione manere et vicinorum impressionibus carere queam. Quod erga Regiam Maiestatem Vestram omnibus officiis, studiis viribusque promereri omni tempore subiectissime conabor. Ceterum Regiae Maiestati Vestrae novitates libenter perscripsissem, si quae^{e)} cognitione eiusdem dignae hic fuissent. Spero autem Maiestati Vestrae Regiae plurima nova hinc inde tum de Turcorum conatibus, tum ex Sacro Romano Imperio, quotidie^{e)} afferri. Deus Optimus Maximus faxit, ut aliquando bona et foelicia nova ad Regiam Maiestatem Vestram perscribere possim. Quam Christo interim commendo petoque, Regia Maiestas Vestra me gratia sua regia [et] favore prosequi non desinat. Datae ex Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Constantinus.

- a) *correctum ex:* foeliciterque.
b) *sequitur expunctum:* fax
c) *sequitur expunctum:* Vestram

- d) *correctum ex:* tergiversarique
e) *verbum correctum.*

N. 2388.

E Regio Monte, s.d. [II].1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

se, a defuncto fratre suo, marchione Georgio, heredem et filiorum eius tutorem nominatum, ab imperatore salvo conductu munitum et in Imperium in persona vocatum esse nuntiat; sperat futurum, ut controversiae de Prussia inter Regnum Poloniae et Imperium intercedentes hoc suo cum caesare conventu tandem sopiantur; in absentia sua uxorem, filiam, terras, ditiones, subditos suos omnes regi commendat.

Conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165.

Genediger her und freuntlicher, lieber oheim.

E.k.mt. geb ich in schuldiger untherdenigkeit und dinstlicher, freuntlicher wolmeinung zu erkennen, das ich von ro.key.mt.¹⁾ cum titulo mit keiserlichem^{a)} gleith auf N., in massen e.k.mt. hiebeiliegendt genediglichen zu erschen, erfordert worden bin.

Seintemal dan e.k.mt. unverporgen, das der hochgeporne furst, her Georg marggraff zw Brandenburg etc., mein freuntlicher lieber bruder löblicher gedechtnus, ein testament nach sich verlassen, darinnen S.L. mich neben andern chur und fursten des^{b)} Heiligen Romischen Reichs^{b)} zu oberstem seiner^{c)} nachgelassenen erben^{d)} vormunder geordnet, welchs mich dan^{e)} in anmerckung der plutverwandtnus, auch sönderlicher liebe und zuvorsicht, so berurter mein geliebter bruder, marggraff Georg etc., gegen meiner personn getragen, geschwiegen des gotlichen bevelchs, das man sich wietbwen und weisen annemen, desgleichen rathen und helfen sölle, nicht wenig bewegt. Derhalben mich meines höchsten von Goth verliehenen verstanths das helfen, bedencken und ratschlahen^{f)}, domit alle ding meinem gar lieben unertzogenem, cleinem, unmündigen vettern zum besten wol bestellt, unrath verkommen und man sich aus noth wirken koente, schuldigh erkenne und aber key.mt. hochgenant in nichtem andern, weder wes mir die alt und vatterliche vertrege an erbschaft, regirung und anderem im Heiligen Romischen Reich^{g)} aus pilligkeit und von natur geben, mit geburendem gehorsam untherwurfikg und gleichwol nicht ire, soender e.k.mt. und die lobliche cron zw Polann etc. dieser landt Preussen fur den lehenherren erkenne und halte. Doneben meines einfaltigen erachtens die forderung villeicht dohin stehen und gehen, also wan ich personlichen erscheinen und e.k.mt. das irige wegen ires eigenthumbs der landt^{b)} Preussen halben^{b)} mit statlichem schicken auch theten, es solten verhofflichen vermittelst götlicher genaden, auch rathe^{h)} und furdernus meiner herren und freunt, die schwebenden irthumb zwuschen e.k.mt. lehen, meinem furstenthumb Preussen, und dem Romischen Reich, nichtsweniger obstellung der acht und befridung der landt alles zum besten verhandelt und beigelegtⁱ⁾. Wes ich auch alsdann fur mich selbst sampt berurten meinen verwandten und wolmeinenden der sachen zu gutem dienen, rathen, furdern und thaten kann und mag, sölle an allem, als viel der Almechtige genade und vermoegenheit verliehen, nichts mangeln, ob eins mahls [?] e.k.mt. der verdrislichen, obligenden beschwerung auch sein, auch ich mit meine[n] lieben getreuen underthanen in bestendige frid, ruhe und einigkeit gesetzt werden möchten. Do ich mich dan allenthalben aus milder genad des lieben Gottes bei key.mt. hochbenent also zu halten bedacht, das der untherdenigkeit^{k)}, treuheit und^{l)} schuldiger pflicht^{m)}, domit ich e.k.mt. und der loblichen cron Polann zugethan und verwanth, nicht vergessen oder dowider gehandelt sölle werden. Ausⁿ⁾ vermelten^{o)} und andern beifallenden bedencken verseehe ich mich, e.k.mt. werden ir ein solchs aller sachen zum besten gefallen und (dieweil ich mich also darauf^{p)} in nomen Gottes hinaus begeben) e.k.mt. meiner hohen zuvorsicht nach, die ich zu derselben trage, dorumb ich auch untherdeniglichen bithe, meines obwesens meine hertzgeliebte gemahel und tochter²⁾, nichtsminde mein bestellt regiment, auch landt und leuth, mit koniglichen genaden bevolhen sein lassen. Sönderlichen aber, seintemal sich die leuten allenthalben gantz sörglichen eraugen und sich etwas beschwerlichs meines nicht anheims sein zutragen möcht (aber gleichwol e.k.mt. diesen landen^{q)} weith abgelegten), e.k.mt. underthanen koniglichs theils Preussen^{r)} zu bevelhen, do sich

etwas geferlichs, welchs der Almechtige langwirigk genediglichen^{s)} abtzuwenden geruche, zutrüge, das sie auf ersuchung meines verordneten regiments¹⁾ dasselbig bis an e.k.mt. getreulichen ires hochsten vermoegens wolthen helfen abwenden, domit nechst gotlicher genaden aller nachteil, so viel menschlich, verhuet werden möcht. Das umb e.k.mt. mit allem untherdenigen willen, auch ungespart leibs, guts und bluts zu vordienen, erbeud ich mich bereitwilligk.

Datum Königsperck.
Albrechtⁿ⁾.

In folio separato: An königliche mt. zw Polann etc. *Sequitur expunctum:* A. .2. 1544.

- a) *sequitur expunctum:* genugsamen und notturftigem.
- b) - b) *in margine.*
- c) *supra expunctum:* seines. *sequitur in margine expunctum:* eigenen [?].
- d) *pro expuncto:* cleiner unertzogenen s herns [?].
- e) *sequitur verbum expunctum.*
- f) *sequitur expunctum:* so.
- g) *sequitur expunctum:* von [?]
- h) *sequitur expunctum:* werden möchten
- k) *sequitur expunctum:* und
- l) *supra verbum expunctum.*
- m) *sequitur expunctum:* und v...[?]
- n) - n) *pro expuncto:* Aus diesen angetzogenen und andern beifallenden bedencen versehe ich mich, e.k.mt. werden sich ir [?]. ein solchs aller sachen zum besten in genaden gefallen lassen und auch (in erwegung meiner hohen zuvorsicht, die ich zu e.k.mt. als meinen genedigen geliebten herren und oheimen trage, dorumb ich auch dinstvleissigk bithe) (darumb ich dinstvleissigk bithe) ires königlichen gemuts einmütig [?] darauf verstendigen nicht [?] es weren dan bei e.k.mt. sonderliche erwegungen, das e.k.mt. mein hinausstziehen entgegen sein solle. Demnach mein dienstvleissigs

biten, e.k.mt. geruhen mir in erwegung meiner hohen zuvorsicht, die ich zu e.k.mt. als meinen geliebten genedigen herren und oheimen trage... mit königlicher genediger whilferriger antwort zu begegnen, des umb e.k.mt. mit allem untherdenigem willen zu vordienen, erbeuth ich mich, weder leib, guth und bluth zu sparen. Datum Königsperck.

In margine expunctum: Versehe ich mich, e.k.mt. werden ir ein solchs aller sachen zum besten gefallen und (diweil ich mich also aus angetzogenen erwegungen in nomen Gottes hinaus begeben, von ir meiner hohen zuvorsicht nach, die ich zu e.k.mt. trage, dorumb ich auch untherdeniglichen bithe, meines abwesens meine hertzgeliebte gemahel und tochter, nichts minder landt und leuth, mit königlichen genaden bevolhen sein lassen.

- o) *pro expuncto:* diesen angetzogenen
- p) *pro expuncto:* aus angetzogenen erwegungen
- q) *in margine.*
- r) *supra lineam.*
- s) *pro expuncto:* ...[?]
- t) *pro expuncto:* heimgelassenen rethen
- 1) *Carolus V.*
- 2) *Dorothea et Anna Sophia.*

N. 2389.

E Regio Monte, 2.III.1544.

*Albertus dux in Prussia
reginae Poloniae iuniori [Elisabeth]
pro opera apud imperatorem et regem Romanorum in negotiis suis defuncti
marchionis Georgii adhibita gratias agit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 127v-128.*

*Albertus dux in Prussia
doctori Ioanni (error pro: Georgio?) Lang
pro diligentia in negotiis suis apud reginam Poloniae iuniorem promoven-
dis adhibita gratias agit; 7 salmone (lechsse) dono mittit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 126-127v.*

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
commendat causam Georgii Polentz, episcopi Sambiensis, cui Christopho-
rus Przyborowski, ipsius servitor, magnam pecuniae summam una cum
anulo obsignatorio furto abstulit et factis immodicis sumptibus eam in
Masovia profudit; rogat, ut eiusdem furis patri mandare velit, quo epi-
scopo satisfaciatur.
(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 662-663.*

Ad Regem Poloniae Seniore.
Pro Domino Georgio Episcopo Sambienſi¹⁾, XIII Marcii.
Serenissime Rex, Domine clementissime et Avuncule charissime.
Petiit a me Reverendus amicus, Consiliarius ac fidelis mihi dilectus,
Dominus Georgius Episcopus Sambienſis, ut se causamque suam, quam
cum quodam Christophoro Prziborowssky habet, ad Regiam Maiestatem
Vestram diligentissime commendarem, sperans se facile, quod optat ac
aequum iustum est, me commendante, consequuturum. Ea opinio ne
eum fallat, a Regia Maiestate Vestra vehementer subiectissimeque peto.
Quod enim ad ipsum Episcopi negotium attinet, Regiae Maiestati
Vestrae notum facio Christophorum Prziborowski praedicto Episcopo
Sambienſi, cui is servitia sua addixerat, ad mille aureorum cum annulo
suo obsignatorio furtim abstulisse atque in Mazoviam Warzoviam usque
venisse. Ibique cum propter immodicos sumptus, quos hospes adventans
faciebat, suspectus haberetur, in vincula coniectus ac tantisper detentus
est, dum ad patris sui, qui in districtu arcis Sacroczinensis habitat, pre-
ces et cautiones datas liber dimitteretur. Nam is obligatus spopondit
inscriptione facta praedemque se Capitaneo dedit aut sistendi, ubi opus
esset, coram Regiae Maiestatis Vestrae officio filii sui, aut satisfaciendi
pro rebus Episcopo ablatis. Quae res cum sic se habeant sintque eiusmodi,
quemadmodum illa ipsa Capitanei Warsoviensis scripta testantur,
maximopere oro, dignetur Regia Maiestas Vestra Episcopo meo Sam-
bienſi ius petenti clementer ac benigne administrare ac praefecto arcis
Sacroczinensis mandare, ut praenominati Christophori patri iubeat ac
mandet pollicitis suis satisfacere, hoc est, ut aut filium suum coram iudi-
cio sistat, aut eam pecuniae summam, quae Episcopo sublata est, repo-
nat atque restituat. Sic sane Regia Maiestas Vestra rem se dignam et

iustitiae convenientem fecerit. Et ego una cum praefato Episcopo (quem sibi Maiestas Vestra Regia hoc officio summe devinxerit) omnibus subditis studiis promereri conabor. Datae Regio Monte, ut supra.

1) Polentz.

N. 2392.

E Regio Monte, 15.III.1544.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, pro opera et diligentia in negotiis suis interposita gratias agit; de «statu communis Reipublicae» et de responso, sibi a rege non ex animi sententia dato, dolet; opinionem suam profert de modis bellum cum Turcis gerendi.

Cfr. El. XXXVII, NN. 836, 844.

Ostpr. Fol. 79, Heim. Reg. ff. 299-301.

Conc. Latinum, HBA, B., K. 1165.

Illustris et Magnifice Domine, Amice et Frater charissime.

Salutem, pacem et commendationem sui Illustritati Vestrae, tanquam amico et fratri unice charo, praemitto.

Cum ad me servitores mei, quos ad Comitata Regni ablegaveram, rediissent, bona fide ea omnia, quae Illustritas Vestra ipsis in mandatis dedit, deinde etiam consilium, studium, operam et plane fraternam diligentiam, quam Illustritas Vestra in negotiis meis tam apud Sacram Maiestatem Regiam, Dominum meum, quam apud Illustrem Senatum Regni interponere et communicare non dubitavit, mihi indicaverunt. Quo nomine Illustritati Vestrae maximas ago gratias, daturus operam quam potest fieri maximam, ut amico et fraterno officio aliquando compensentur. Magno autem cum dolore accepi statum communis Reipublicae, qui me magis afficit, atque omnia mea et meorum subditorum negotia, in quibus plane praeter spem et opinionem contra iura, decreta et pollicitationes a Sacra Regia Maiestate est responsum. Conditionem enim Reipublicae similem esse audio ei, quae olim ante aliquot annos pia memoriae Ludovici olim Regis Ungariae tempore in Pannonia coram conspiciebatur. Itaque maiori et dexteriori consultatione et summa vigilantia, alieno periculo moniti, opus esse certum est. Ad quam cum ego, quamvis meas tenuitates et ineptias nonnumquam lubens offero et in medium produco, me inferiorem esse sentiam, praesertim si salubria consilia bonorum et eorum, qui fideliter promotum commune bonum cupiunt, contemnuntur^{a)}, quod faciam aliud in praesens non habeo, nisi quod mea negotia ita geram, eo omnes actiones dirigam, ut, si quando Respublica commota esse debet, ego inopinatus non offendar, sed potius cum omnibus meis fidelibus subditis Sacrae Regiae Maiestati et omnibus ordinibus adsim paratus ad omnia subeunda, quae ad tutandam pacem, tranquillitatem et defendendam libertatem facere videntur, Deum Optimum Maximum petens, is pro ineffabili sua misericordia

omnia in melius vertere et mala cuncta pellere dignetur^{b)}. Si vero daretur aliquando his de rebus cum Illustritate Vestra et aliis conferendi occasio, mihi quid facto sit opus indicaretur, profecto nihil a nobis unquam, quod ad commune bonum evehendum pertinet, praetermitteretur^{c)}.

Pro communicato exemplo exercitus Caesaris Turcarum¹⁾ et quomodo ille suas regat acies in hostes, ago Illustritati Vestrae maximas gratias, fecit mihi siquidem Illustritas Vestra in hoc rem valde gratam. Quae forma mihi olim ab amicis de hoc ipso negotio est communicata, cognoscet Illustritas Vestra ex adiuncta cedula, quam propterea transmitto, ut Illustritas Vestra videre possit, quam varia de hoc hoste undique spargantur. Delibero ego apud me saepius, quomodo contra hunc hostem agendum, sed laboro in hoc uno, quod coram non viderim tanti hostis actiones. Quare non sine magna difficultate, non communicato cum aliis^{d)}, quibus hic hostis est notissimus, consilio, aliquid inveniri vix potest, quod vituperari non debeat. Utinam daretur aliquando copia conveniendi Illustritatem Vestram. Conferrem ego profecto libere meas cogitationes, non dubitans Illustritatem Vestram vicissim se ita habituram.

Noster ille modus Germanorum in ordinanda acie non potest esse omnino commodus. Contra hanc formam alia me iudice ineunda est ratio. ^{e)}Nam cum hic hostis numerosum, ut est videre, ducat exercitum eodemque non omnino inepte utatur, necesse est praefectum exercitus bene oculatum et prudentem esse. Una enim via hostem satis tuto aggredi posse vix mihi persuaderi patiar. Proinde et stratagemmatibus et aliis commodis mediis, quae pro qualitate, situ et conditione loci nonnunquam offenduntur, nonnunquam arte excogitantur, utendum esse credo. Ita tamen, ut christianorum exercitus ita se paret, ut si quando uno die res non omnino feliciter successerit, aut hostem non penitus profligarit, altero et sequentibus diebus non minori spe, apparatu et commodo manus conserere possit, quo tandem hostis ex hac sua munitione et arte aut ingenio et manu militari aut potentissimo itidem exercitu pelatur. De quibus omnibus, quemadmodum absente hoste feliciter consulari, disseri et concludi non potest, cum haec omnia pro modo, situ et conditione loci et exercitus sunt ut plurimum mutanda, ita multo minus pro^{f)} animi sententia omnia litteris explicare possum.

Cum autem Illustritati Vestrae hic hostis ad unguem sit notus, fraterne^{g)} peto, Illustritas Vestra velit pro suo erga me candore, si quid habet apud se conclusum, quo pacto contra ordinatam Turcarum aciem agendum, mihi hoc integre concedere. Id vicissim fideliter a me praestabitur. His Illustritatem Vestram Deo Optimo Maximo unice commendo. Is dignetur eandem ad Nestoreos annos sanam, salvam et incolumem cum tota Illustri familia conservare, fraterne et amice petens, Illustritas Vestra velit me amare et negotiis meis, quemadmodum solita est, adesse. Ego vicissim, quidquid potero pro commodo et honore Illustritati Vestrae praestare, facturus sum summo studio et alacritate diligenter. Datae e Regio Monte, XV Martii 1544.

Ad Comitem a Tarnauff.

a) in margine.

b) - c) in margine.

d) sequitur expunctum: consilio

e) - f) in folio separato.

g) pro expuncto: unice

1) Solimanus II.

N. 2393.

E Regio Monte, 15.III.1544.

*Albertus dux in Prussia
capitano Varsaviensi [Ioanni Dzierzowski]
rogat, ut Christophorus Przyborowski, ad emendos equos in Masoviam mis-
sus (cfr. N. 2337.), qui, ut sibi delatum est, episcopo Sambieni [Geor-
gio Polentz] magnam pecuniae summam furto abstulit et eam in Maso-
via profudit,prehendatur et in carcerem coniiciatur.
(Germanice)
(Adest conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165).
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 128-129v.*

N. 2394.

E Regio Monte, 16.III.1544.

*Albertus dux in Prussia
archiepiscopo Gnesnensi [Petro Gamrat]
pro Ioanne Blum, cive Gedanensi, causam contra «perfidum Iudaeum»
quendam habente, intercedit et rogat, ut causam eius regi commendare
velit.
Sub textu: Mutatis mutandis ad Archiepiscopum Gnesnensem, ad
Episcopum Plocensem [Samuelem Maciejowski], ad Supremum Can-
cellarium [Paulum Wolski], ad Doctorem Hosium).
(Latine)
(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 664-665.*

N. 2395.

E Regio Monte, 20.III.1544.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
sperat regem nunquam permissurum esse, ut privilegia, iura ac libertates
suae violentur a quocumque vel labefactentur.
(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 132-133v).
(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum cum dato: 23.III.1544, HBA,
B, K. 1165).
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 665-669.*

*Regi Poloniae Seniori, XX Martii.
De responso Petracoviae legatis dato.
Serenissime Rex, Domine clementissime et Avuncule charissime.
Quod Serenissima Regia Maiestas Vestra in meis meorumque fide-
lium subditorum aliorumque nonnullorum causis responsum meis lega-
tis dedit, debita cum reverentia accepi, perlegi ac intellexi. Quod pri-
mum Sacra Regia Vestra Maiestas tam clementem, benignam ac studio-*

sam controversiae inter Serenissimum Daniae Regem¹⁾ et illius adversarios componendae necnon proscriptionis abrogandae se praebuit, iisque de rebus ad Romanas Caesaream ac Regiam Maiestates²⁾ non tantum literas mittere, verum etiam legatum suum ablegare dignata fuit, subditas, summas ac sedulas gratias illi ago. Faxit Deus Optimus Maximus pro sua immensa bonitate et divina clementia, quo ita res suscipiatur, agatur ac perficiatur, ut omnibus dissensionibus ex omnium, in primis autem Principum cordibus, evulsis, concordia ac pax Christianitati restituantur atque coniunctis et copiis et mentibus immanissimi nominis christiani hostis conatus propulsari, impetus frangi ac vis potentiaque eius imminui possit. Porro quantum ad reliqua meis legatis dati responsi capita attinet, sperassem futurum eos non isto, verum clementiori ac optatiori responso dimissos iri, praesertim cum iam multos ante annos creberrimae ac eximiae pollicitationes factae ac spes magnae ostensae sint cum nuntiis meis, tum etiam mihi ipsi. Verum quando Serenissimae Regiae Vestrae Maiestati ad meas meorumque fidelium subditorum necessarias ac inevitabiles petitiones de tribus reliquis articulis ita respondere visum fuit, Deo Optimo Maximo (qui omnium consilia et corda in sua manu tenet, quique molestias suo tempore lenire, mutare, imo etiam in melius vertere, tum novit, tum potest) committam oportet. Neque id eo dico, quo quicquam approbasse videri velim, praesertim cum meo iudicio nihil aliud quaesiverim nec petierim (quod etiam Christum, cordium scrutatorem, testor), nisi quod autoritate meorum privilegiorum, regaliū et concessorum beneficiorum, necnon factarum pollicitationum ac promissionum, merito et bona cum gratia petere et postulare queam ac cogar. Atque utinam ansa mihi prohibendis usurpatis per multos annos iuribus ac beneficiis data non fuisset, nihil mallet, quam et ab eiusmodi petitione et scriptione prorsus abstinere, quod tamen ut facerem, inevitabili necessitate adductus sum, feci tamen ea moderatione, ut, ab officio nihil discedens, meam tantummodo summam necessitatem verbis necessariis allegarim^{a)}.

Idque ut Vestra Serenissima Regia Maiestas ita, nec alio pacto accipi, neque cuiquam in peiorem partem ac mihi in detrimentum ad libitum arbitrium rapi sinat, obnix peto. Simul etiam illud in animum inducere ac persuasissimum habere velit, quemadmodum Serenissimae Regiae Vestrae Maiestati, Domino meo clementissimo et avunculo charissimo, hucusque debitam obedientiam praestiti ac semel datam fidem sancte servavi, ita etiam divina ope adiutus in posterum eundem esse et perseverare decretum est. Speroque econtra aequum esse, ut in meis priscis perque aliquot saecula usurpatis privilegiis, iuribus ac libertatibus non conturbandus nec molestandus existimer. Verum futurum, ut factae^{a)} pollicitationes liberalissimae in memoriam redigantur ac mei meorumque fidelium subditorum etiam aliqua^{b)} ratio habeatur, ne gravari me queri cogar.

Et quia legati mei, pro mea mearumque terrarum ac subditorum inevitabili necessitate, Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae responsum non alio pacto, quam ad me ut referrent ac mihi renuntiarent, receperunt, quemadmodum itidem ego idem dumtaxat accipio, neque in detrimentum meorum privilegiorum assentiri ullo modo volo. Nec sum eo animo, ut cum Regia Vestra Maiestate me in ullam disputationem aut altercationem eo nomine committere velim, illud tantum tenebo, quod me etiam consolatur, quod Regia Vestra Maiestas sub sui responsi finem liberalissime adiicit eo animo^{c)} ipsam non esse, cuiusquam privilegia vio-

lare aut labefactare ut velit. In quibus Serenissima Regia^{d)} Vestra Maestas me etiam tueri ac defendere dignetur, quam possum officiosissime et studiosissime iterum iterumque peto et rogo. Idque erga Sacram Regiam Maiestatem debito officio ac summo studio promereri enitar.

Postremo quandoquidem tempus, quo Serenissima Regia Maestas stipendium annuum numerari mihi voluit, appetit iam iamque adest, et mihi eiusmodi res acciderunt, quae ut sunt magni ponderis, ita sine pecunia expediri nequeunt^{e)}, Regiam Vestram Maiestatem de solutione eiusdem stipendii subdite rogare cogor. Quare subdite, amice et studiose peto, Sacra Regia Vestra Maestas thesaurario Marienburgensi clementer mandare dignetur, quo accepta cautione dictum stipendium mihi numeret. Id atque alia omnia erga Serenissimam Regiam Vestram Maiestatem summo studio ac debita fide promereri enitar. Quam belle valere et foelicissime vivere ex animo precor et opto. Datae ex Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis
ex relatione Cancellarii.
Ioachimus.

a) *verbum correctum.*

b) *correctum ex: aliquam*

c) *in margine pro expuncto: nomine*

d) *correctum ex: Regina*

e) *sequitur expunctum: ut*

1) *Christianus III.*

2) *Carolus V et Ferdinandus I.*

N. 2396.

E Regio Monte, 20.III.1544.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]

pro opera in promovendis negotiis suis adhibita gratias agit; litteras ad regem in negotio Danico scriptas transmittit idemque negotium commendat; nova sibi perscribi petit.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 675-677.

Episcopo Plocensi, XX Marcii.

Legati nostri, quos ad proxima Comitia Petracoviae celebrata miseramus, ad nos reversi, Reverendae Paternitatis Vestrae mirificam operam ac singulare studium in nostris nostrorumque subditorum negotiis diligenter nobis exposuerunt. Quae etsi eorum autor fuerat, quae Serenissimae Regiae Maiestati non indecora nec inutilia, tamen praeter^{a)} opinionem speratum eventum adipisci nequiverunt. Quod quidem Deo omnipotenti, cuius in manu ac potestate sunt omnia, quandoquidem aliter fieri non potest, committimus. Reverendae autem Paternitati Vestrae nihilo secius pro sua benevola in nos nostrosque voluntate ac amico studio gratias agimus maximas, daturi operam, ut suo tempore referamus. Venit etiam nobis aliquid ad rem Danicam non inutile in mentem, idque etiam ad Serenissimam Regiam Maiestatem perscribendum duximus. Quare cum Reverendam Vestram Paternitatem pacis studiosissimam sciamus, transmittimus illi easdem ad Regiam Maiestatem literas inscriptas una cum earundem exemplo, amice ac fraterne petentes, ea Serenissimae Regiae Maiestati commodo ac oportuno tempore secreto eas reddere ac rem, quoad commode poterit, pro sua erga^{b)} nos singulari voluntate

iuvare ac provehere velit. Cumque illa ad pacem et concordiam pertineant, non dubium est, quin a Deo Optimo Maximo Reverenda Vestra Paternitas summum proemium consequutura sit. Idque nos etiam amico ac fraterno studio recompensabimus.

Nova, si quae nobis essent lectu digna, Reverendae Paternitati Vestrae impartiremur. Cum autem eiusmodi nihil hoc tempore nobis sit, ea nos excusatos habere velit. Sin vero quid sive ex Turca, sive Hungaria, sive Germania Reverendae Paternitati Vestrae est, id vero nobiscum communicare velit, rogamus. Id nos erga Reverendam Paternitatem Vestram promereri conabimur. Quam Christo ab omni malo conservandam commendamus. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Ioachimus

a) sequitur expunctum: *spem*

b) in margine pro expuncto: *egregia*

N. 2397.

E Regio Monte, 22.III.1544.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

rogat, ut quae in instructione legatis suis data contra regis superioritatem et ordinum Regni auctoritatem scripta videri possint, intercessione sua in bonam partem a rege accipiantur.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 133v-135v).

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 672-675.

Ad Reginam Poloniae Seniore, XXII Marcii.

Petit, ut quae in Instructione duriora visa sint, in bonam partem accipiantur.

Serenissima Regina, Domina clementissima.

Cum legati mei fideliumque meorum subditorum, Petrocoviam missi, proximis diebus revertissent, a Serenissima Reginali Maiestate Vestra mihi meaeque consorti charissimae plurimam salutem dicebant, multam foelicitatem atque omnia laeta precabantur, sique omnia utrique nostrum^{a)} ex sententia succederent, id Serenissimae Vestrae Reginali Maiestati esse auditu gratissimum, necnon quid eidem pro singulari in me voluntate ac benevolo animo visum sit quodque me celandum non existimarit^{b)}, mihi renuntiarunt. Principio itaque tum pro regia nuntiata salute, tum pro clementi admonitione, quae ut in meum commodum facta est, ita non exiguam clementiam declarat, Reginali Maiestati Vestrae gratias maximas ago. Optamusque vicissim ego atque dilectissima consors mea Reginali Vestrae Maiestati eiusque Domino et consorti charissimo et universae regiae familiae a Deo omnipotente pacem, salutem, incolunitatem atque omnibus in rebus felicem successum, pacificam et prosperam administrationem, breviter quicquid ad salutem animae confert et corporis valetudinem prodest, sicubi etiam id pro meis

viribus erga Vestram Maiestatem promereri potero, ita ut coniunctum ac amicum Principem decet, sedulo ac libenter faciam.

Porro quod praeterea Reginalis Maiestas Vestra, regia erga me benevolentia adducta, mihi per legatos meos significandum existimavit, quod ex Domini et consortis sui charissimi sermone cognovisset, in instructione quaedam odiosa verba inserta et minaciter scripta esse eaque Serenissimam Regiam eius Maiestatem, omnes ordines ac nuntios graviter et iniquo animo tulisse, quae tamen sine totius negotii ac rei detrimento omitti potuissent, atque ea tam clemens Reginalis Maiestatis Vestrae et amica animi declaratio atque benevola admonitio mihi fuit gratissima plurimumque eo^{c)} nomine me debere illi fateor. Ego vero Reginalem Maiestatem Vestram id pro certo habere, quod etiam re ipsa ita experietur, velim, quemadmodum hucusque Serenissimis Regiis Maiestatibus, utpote superioribus meis Dominis, datam fidem sancte servavi, observantia debita eos colui ac scripto aliisque eiusmodi officium meum, ita ut merito accusandus non sim, me spero fecisse. Idem nihilominus in posterum, dum vivam, quoad potero, praestare ac persequi, certum est. Et quamquam in instructione, quae meis legatis data est, quaedam ponuntur, non tamen^{d)} ea meo exiguo iudicio, si modo ab aequis iudicibus introspecta fuerint, contra superioritatem Serenissimae Regiae Maiestatis et auctoritatem inclytorum ordinum Regni Poloniae sunt, nec contra eam aut loquuntur aut dicunt^{e)}. Nam quicquid eius factum est, id et ad tuenda mea regalia, iura ac libertates, necnon ex datis literis ac sigillis et regiis summis pollicitationibus ac promissionibus profectum est. Eaque, ut Reginalis Vestra Maiestas et quivis facile existimabit, quoniam quivis in suis privilegiis ac iuribus permanere cupit, dissimulare nullo modo potui speroque Sacram Regiam Maiestatem Vestram nec ullum hominem id mihi vitio daturum. Cum itaque ista ita se habeant, necnon certo sciam Reginalem Maiestatem Vestram regia gratia ac singulari favore mihi bene velle, in eaque spem non exiguam habeam, summo et amico studio ab ea peto et rogo, Vestra Maiestas Reginalis id, quod necessarii de causis et non alia ratione, quam dixi, et summa ac inevitabili necessitate factum est, in meliorem partem ut accipiat, adiuvere clementer dignetur. Nam Deum Optimum Maximum testor, quod animus is mihi est semperque fuit, utramque Serenissimam Regiam Maiestatem Vestram, necnon clarissimos ordines, quoad potero, ne in minimo quidem offendere, verum observantiam et benevolentiam, quam debeo, illis praestare. Idque Reginalem Vestram Maiestatem pro summa erga me benevolentia clementer ac benigne facturam credo atque adiuturam, ne in meis per multos annos usurpatis iuribus perturber nec ulli, ut id inceptet, permittatur, confido. Quod erga Reginalem Vestram Maiestatem summo studio et officio promereri enitar. Quam belle valere et felicissime ei omnia atque ex sententia succedere precor et opto. Datae Regiomonte, ut supra.

Commissio Principis
ex relatione Cancellarii.
Ioachim.

a) *correctum ex: nostrorum*
b) *correctum ex: existimavit*
c) *supra lineam.*

d) *in margine pro expuncto: tantum*
e) *correctum ex: dicuntur*

N. 2398.

E Regio Monte, 22.III.1544.

*Albertus dux in Prussia
reginae Poloniae iuniori [Elisabeth]
pro litteris, 11.III.1544 datis, gratias agit; obsequia defert.*

(Germanice)

Cfr. El. XXX, N. 283.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 137-138.

N. 2399.

E Regio Monte, 22.III.1544.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
pro animo in se studiosissimo gratias agit; de negotiis suis non ex senten-
tia expeditis dolet eaque Deo committit; novitates sibi significari petit.*

Cfr. El. XXXVII, N. 836.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 677-678.

Domino Ioanni Comiti a Tharnau, XXII Martii.

Illustritatis Vestrae literas, humanissime tum verbis tum sententiis scriptas, legati nostri, quos ad proxime celebrata Petracoviae Comitia ablegaveramus, nobis reddiderunt, simul commemorantes ac unice praedicantes eiusdem Illustritatis Vestrae summum studium ac singularem operam, quo ex sententia et pro voto res nostrae confectae essent. Nobis vero non tantum Illustritatis Vestrae literae perquam gratae fuerunt, verum etiam animus illius nostri studiosissimus nostrarumque rerum bene expediendarum cupidissimus, gratissimus extitit, cui ut mutuo respondeamus ac paribus officiis Illustritati Vestrae gratiam aliquando referamus, summam dabimus operam. Et quamquam magna nobis spes erat fore, ut in nostris nostrorumque fidelium subditorum negotiis laetiora ac optatiora responsa obtineremus, multaqua nos id sperare, in primis autem liberalissimae pollicitationes hortabantur, verum quando secus accidit, Deo Optimo Maximo, qui omnia in melius suo tempore convertere poterit, committamus oportet.

Quod reliquum est, amice ac fraterne petimus, Vestra Illustritas fraternalium suum solitum favorem amoremque erga nos retinere (de quo etiam non dubitamus) et suo^{a)} studio prosequi dignetur nosque ac nostra in posterum etiam commendatos sibi habere velit. Id nos amicis officiis ac fraterna benevolentia recompensabimus. Novi si quid habuissimus^{b)} lectu non indignum, transmissemus^{c)}. Cum autem hoc tempore eiusmodi nobis nihil fuerit, nostram voluntatem boni^{d)} consulere velit. Et si quid ea ex Hungaria, Germania, a Turcis et illiusmodi quid habeat, no-

biscum communicare velit, fraterne rogamus. Christus Vestram Illustritatem diu servet incolumem^{e)} et ab omni malo defendat. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria.
Ioachimus.

a) in margine
b) - c) in margine

d) correctum ex: bene
e) in ms.: incolumem

N. 2400.

E Regio Monte, 22.III.1544.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, pro negotiorum suorum in Comitibus Petricoviensibus promotione (licet non ex sententia expedita sint) gratias agit; mittit regis ad se datas litteras de negotio Danico tractantes; nova sibi mitti petit.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVII, N. 836.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 136v-137.

N. 2401.

E Regio Monte, 22.III.1544.

Albertus dux in Prussia

Petro Okuń, reginae Poloniae iunioris curiae magistro, Volmarum a Kunheim, defuncti Georgii a Kunheim filium adolescentem, iam pridem commendatum, iterum commendat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, NN. 829, 848.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 678-680.

N. 2402.

E Regio Monte, 22.III.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, litteras eius, manu propria scriptas, se accepisse nuntiat; valetudinem bonam ei exoptat; pro missis novitatibus gratias agit.

Cfr. EL. XXXVII, N. 838.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 129v-130v).

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, utrumque cum dato: 20.III.1544).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 680-682.

Ad Comitem de Gorckau, Castellano Posnaniensi^{a)}, XXII Marcii.

Magnificentiae Vestrae proprium chyrographum manuque scriptum, Posnaniae undecimo Martii datum, nobisque per servitorem nostrum transmissum, ad XVIII^{a)} eiusdem accepimus^{b)} sensumque eius legendo plane cognovimus^{c)}. Equidem quare Magnificentia [Vestra], quae alioqui multis gravibusque negotiis publice privatimque occupata est, nobis manu sua scriberet, causa non fuit, neque necessum etiam. Cum autem factum id sit, aliter existimare non possumus, quam quod Magnificentia Vestra bono, amico ac fraterno studio fecerit, quapropter tanto nobis etiam fuit id scripti acceptius. Deus Optimus Maximus faxit, ut Magnificentia Vestra salva incolumisque nobis et manu sua et per amanuensem saepe scribere possit. Et hercle Magnificentia Vestra rem nobis gratissimam praestitit, quod statum conditionemque suam prorsus significavit. Quamvis enim initio cum de Magnificentiae Vestrae adversa valetudine certiores facti summo opere perturbati essemus, idque aegerrimo, ut decet, animo ferremus, tamen nunc vicissim, cum intelligimus aegritudinem illam in melius versam, sic ut Magnificentia Vestra nonnisi optime sperare habeat, iucundissimum nobis accidit. Deus, aeternus pater, dignetur pro honore sacratissimi nominis sui et evulgatione verbi salutiferi Magnificentiam Vestram ad consolationem inclytæ Coronae Poloniae aliorumque hominum plurimorum clementer^{d)} prosperam ac bene valentem quam diutissime conservare. Certoque de nobis id sibi Magnificentia Vestra persuadeat, nos non solum nostris medicis, quorum omni tempore potestatem habere debet (Omnipotens faxit, ne multis saeculis Magnificentia Vestra iis habeat opus), verum etiam corpore et fortunis nostris amice prorsusque ex animo inservire paratos esse. Quemadmodum nos quoque de Magnificentia Vestra vicissim plane confidimus.

De novitatibus ac descriptione consultationum, proximis Comitibus Petricoviensibus conclusarum, Magnificentiae Vestrae merito magnas habemus gratias. Deus, pater liberatoris nostri Ihesu Christi, clementer concedat faciatque, ut omnia negotia recte, fideliter, serio atque ex animo considerentur, tractentur ac dirigantur, quo primum ad honorem Dei, tum ad pacem, concordiam, tranquillitatem foelicemque statum non modo inclytæ Poloniae Coronae ac omnibus illi incorporatis regionibus et populis, verum etiam ad totius Christianitatis commodum ac emolumentum spectent. Nos etiam amicam illam Magnificentiae Vestrae fraternamque erga nos voluntatem singulari amore ac benevolentia compensare studebimus. Atqui haec Magnificentiae Vestrae (quam diutissime foeliciter valere cupimus) ad prolixas suas literas respondere duximus. Ex Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis
ex relatione Secretarii.
Constantinus.

a) *in margine.*

b) - c) *in margine.*

d) *sequitur expunctum:* conservaturam. Certeque de nobis id sibi.

z) *sic in ms.*

N. 2403.

E Regio Monte, 22.III.1544.

Albertus dux in Prussia

Friderico duci Holsatiae

litteras eius sibi gratas fuisse nuntiat; hortatur eum, ut in studiorum ac bonarum litterarum curriculo pergat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 682-683.

N. 2404.

E Regio Monte, 23.III.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de ratione negotium Danicum componendi.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 130-131v).

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 669-672.

Regi Poloniae. XXIII Marcii.

Petit, ut si Danicum negotium non continuo per unum componi queat, Serenissimus Rex alterum mittere ac alia ratione tentare velit.

Serenissime Rex, Domine clementissime et Avuncule charissime.

Legati mei, [quos] ad Serenissimam Regiam Maiestatem Vestram ad proxima Regni Comitata Petracoviae celebrata misi, ad me reversi eius responsum mihi renuntiaverunt, ex cuius priori parte Serenissimae Regiae Vestrae Maiestatis mirificum studium ac singularem operam controversiae inter Serenissimum Daniae Regem¹⁾ ac Burgundios componendae ac concordiae faciendae facile perspexi. Pro qua Sacrae Regiae Vestrae Maiestatis pia voluntate et maxima cura gratias illi ago quas possum maximas, nihil dubitans, quin Deo Omnipotenti, summo pacis et amatori et unico datori, ea re gratissimus a Regia Vestra Maiestate cultus praestitus, Reipublicae Christianae autem his extremis temporibus magnum praesidium contra immanissimum hostem adiunctum sit, cuius divinam opem sedulo quoque implorabo, ut id, quod in sui nominis laudem et gloriam ac universae Christianae Reipublicae salutem^{a)} susceptum est, fortunare ac ita provehere^{b)} dignetur, ut concordia [in] Christianitate ac tranquillitas consequatur ac Christiani nominis perniciosissimo hosti coniunctis animis et viribus facilius et fortius resisti queat. Et quia a nonnullis ad me perlatum est idque ita se habere, existimo esse etiam quosdam alios Principes et primi ordinis viros, qui totius Christianitatis imminetibus periculis moti, discordias ubique locorum sublatas studeant. Itaque inter eundem Serenissimum Daniae Regem et Burgundios de pace etiam illos agere institui^{c)}.

Quare cum tantorum virorum in componendis discordiis studium videam, necnon Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae nuntium eadem de causa accessurum sciam, non possum non magnopere sperare rem

Deo adiuvante ad felicem et tranquillum exitum perductam iri. Quod ut fiat, Christus faxit, cuius afflictæ Ecclesiæ id quam primum evenire magnopere interest. At si, ut est salutarium rerum obtinendarum mira difficultas, pius bonorum illorum virorum conatus parum successerit, magnam nihilominus rei ex voto conficiendæ in Serenissima Regia Maiestate Vestra spem esse persuasissimum habeo, ut cuius prudentia summa sit, autoritas etiam apud summos Monarchas tanta, ut eius arbitrium ferre non recusent.

Id cum ita se habeat, magnopere ac obnixe peto, si forte hoc non successerit ac alia via et per alios res^{d)} aggredienda sit, Serenissima Regia Maiestas Vestra rem^{e)} ac pacis actionem suscipere gravari nolit, ac ubi tempus tulerit, pro suo iudicio virum, eximia prudentia præditum rerumque magnarum usu exercitatum, deligere et ad Caesaream Maiestatem²⁾ ablegare dignetur^{f)}, qui nomine et persona Serenissimæ Regiæ Vestræ Maiestatis tantam rem agere, autoritate ac gravitate sustinere, proque natura regionum ac causæ ratione moderari, componere et ad exitum perducere queat. Postquam isto modo res a Regia Vestra Maiestate suscepta et per magnum ac gravem aliquem virum, cui res sit pernota, acta fuerit, nosque divinum auxilium sedulo ac serio imploraverimus, non dubium est, quin controversia ac dissensione sopita^{g)} concordia, pax et tranquillitas consecutura sit, eiusque summi ac difficillimis temporibus christiano populo beneficii præstiti Christus largus remunerator erit, cuius et^{h)} memoria, non tantum apud præsentēs, verum etiam apud omnem posteritatem extabit ac Serenissimæ Regiæ Maiestati Vestræ sempiternæ laudi ac gloriæ fuerit. Necnon ego id pro viribus omni studio, opera, cura promereri annitar. Datae Regio Monte.

Commissio Principis
ex relatione Cancellarii.
Ioachim.

- a) - b) *in margine.*
- c) *verbum correctum.*
- d) *correctum ex: eos*
- e) *correctum ex: quem*
- f) *sequitur expunctum: dignetur*

- g) *in margine.*
- h) *cuius et in margine.*
- 1) *Christianus III.*
- 2) *Carolus V.*

N. 2405.

E Regio Monte, 23.III.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

hortatur eum, ut cessato iam pestis periculo, ob quod rex ab uxore sua se separavit et in locum remotum secessit (quæ res existimationem eius, præsertim in aula imperiali, non parum imminuisse asserit), ad coniugem suam redeat eamque in uxoris loco habeat.

(Germanice)

Cfr. El. XXX, N. 285.

Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., ff. 303-307.

Conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165 (Adest aliud conc. Germ.).

N. 2406.

E Regio Monte, 24.III.1544.

Albertus dux in Prussia
doctori Georgio Lang (an doctor Georgium Langum)
pro litteris suis et salmonibus reginae Poloniae iuniori [Elisabeth] tra-
ditis gratias agit; alias novitates ad reginam pertinentes sibi scribi petit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 138-139.

N. 2407.

E Regio Monte, 25.III. (in ms. I.), 1544.

Ducis in Prussia cancellarius [Ioannes a Kreitzen]
palatino Plocensi [Felici Srzeński]
ad varias eius querelas nomine ducis Alberti respondet.
(Latine)
(Adest conc. Latinum cum dato: 25.III.1544, HBA, B, K. 1165).
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 683-687.

N. 2408.

E Regio Monte, 26.III.1544.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de regis conatu bellum cum Moscovitis gerendi; de dissidiis et discordiis
inter procures Moscovitas intercedentibus; de necessitate eiusmodi dis-
sidia in Moscovia instigandi.
Conc. Latinum, HBA, B, K. 1165.

N. 2409.

E Regio Monte, 26.III.1544.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
consilium dat regi, ut cum Dania, Holsatia, Suetia, Gedanensibus se
coniungat et expeditionem maritimam contra Moscoviam paret; intesti-
nas discordias inter Moscovitas intercedentes exacuandas atque inci-
tandas esse censet.
Ostpr. Fol., Heimpl. Reg., vol. 80, ff. 308-311.
(Adest conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165).

An alte Ko.Mt. zu Polan, den 26 Marcii.

Durchlauchtigster furst, grosmechtiger konnig, gnedigster herr.

Nach erbittung meiner gantz schuldigen, vorpflichten, willigen, bereiten dinsten zuvor ist mir allewegen die groste frolockung, so ich hore und erfare, E.Ko.Mt. allenthalben gluckselige und gesunthe wolfarth, ermerent regiment und aller irer reich und landt aufwachsen, erpresserung und erpreitung. Dis alles ich auch durch Got E.Ko.Mt. hie mit wunschen thu. Weil ich dann in erfahrung kummen und gewisslich vielfeltig gereth wurth, wie E.Ko.Mt. aus hohem anhalten der loblichen stende in Littauen mit dem Muschkawitter einen krieg anzufahen in wil lens, bedenck ich, das mir nit alleint meinen pflichten nach, sunder auch mher der plutsverwanten freuntschaft nicht anderst gezimen nach gepuren wolle, alleint das ich E.Ko.Mt. und derselben allenthalben zubehorigen landen nutz, frumen und bestes suchen und wissen solte. Demnach wiewol ich weiss, E.Ko.Mt. durch iren von Got hochverliehen verstandt sampt iren hochvorstendigen rethen an zweyffel in allem dermassen wol beraten und derhalb dis und ein vil mherers wol bedacht, kan ich doch als der wenigst meinem unvorstandt auch zum uberfluss nicht pergen, sunder gegen E.Ko.Mt. erofnen, gantz undertheinig und dinstlich bittend, E.Ko.Mt. wollens in gnaden annhemen, auch besser verstehen und ermassen, den mir muglich zu schreiben ist. Ich hab gewonlich zu der zeyt, do ich noch ein jeger was, gehorth, wo man wild aber hasen belassen und hetzen wil, so mus man mer dan an eynem orth furhalten, bisweilen auch garn stellen, in sunderheith, wen man an 'das mit behat zungen dem wild abbruch zu thun durch die hatze nit genug furhalten khann.

Demnach deucht mich nit pass sein, weil Denmargk und Holstein zuvorn anschleg gehapt in die Muschka, so es auch E.Ko.Mt. gerathen deucht sein, das mit Denmargk, Holstein, Schweden etc. gehandelt wurde, ob solche anschleg auf die pann zu pringen, das sie etzliche schieff ausrichten und in die Muschkaw an ein orth E.Ko.Mt. gefellig einfillen. Desgleichen kunth E.Ko.Mt. mit denen von Dantzick auch handeln lassen. Hie musten aber anschleg gemacht werden, wie, zu welcher zeyt, auch an welchem orth und mit was kursch und in welchen habung solcher einfall unverwarnter ding beschehen solth und ob durch gotlichs verleihen pess aber flecken eingenomen wurden, wie es mit solchem weiter gehalten solt werden, und in wes namen dis alles beschehen solt.

Zum andern ist ein sprichworth: wo man fuchs fahen wol, do sol man fuchs^{a)} darzu prauchen. Weil den das in krigsleuten nicht die wenigste bescheidenhey, wo ein feind dem andern seine verwanten und leuth uneinig kan machen, und aber nhun erfahren wurth, das in der Muschkaw bereith uneinigkeyt sein soll, sie auch undter inen zwispeldig, wil hirumb E.Ko.Mt. hohem und konniglichem bedencken zu erwegen und zu ermassen heimb geben haben, ob nit nutzlich, frumblich und guth, das man die Muschkawitter nicht alleint in solcher uneinigkeith zu verharren stercket, sunder auch noch viel mher weg suchet, wie noch grosser uneinigkeith unther inen und abfall deren, die das regimenth gern hetten zu erhalten, erdacht mocht werden.

Weil sich dann E.Mt. zu erindern, wes zuvor und im leben des irleuchten und grosmechtigen hern Cristofn von Schidlowitz hochseliger loblicher gedechtnuss, meines vielgeliebten bruders, mit E.Ko.Mt. durch mich zu Petterkaw und andern ortern gehandelt. So sich nhun E.Ko.Mt.,

wie ich nicht zweiffel, solchs zu erinnern wissen und in gedechtnus furen^{b)}, wolt auch beherten, ob nith ytzunder die zeit, in welcher solchs und anders zu practiciren. Domit aber solchs auch an verdacht zugheen mocht, so wer jhener man E.Ko.Mt. wol bewust, von welchem auch mein handlung an E.Ko.Mt. gelangten, er auch nochmals zu herren Cristof got-seliger kegen Crackaw im herbst kumen, den auch E.Ko.Mt. konniglichen begnadet zu geprauchten. Who nhun E.Ko.Mt. an diesem allem bedacht, was furzunhemmen, und ich von E.Ko.Mt. in solchem ir selbst zu guth zu dinen durch mich bedochte, mir auch informacion, wie und welcher mass gehandelt und anschlege gemacht solten werden, anzeigen wurdet, wil ich als der getreue underthan E.Ko.Mt. mich willig und gern meins hochsten vermugens dinstlich erfinden lassen, pith gantz dinstlich, E.Ko.Mt. wol mir in gnaden mein torheyt verzeihen. Weil ichs aber bis^{c)} Gott jhe getreulich und wol meine, so wol E.Ko.Mt. dis alles nach irem selbst besten erwegen und bedencken, mein gnedigster herr und vatter sein und pleiben, mich, auch andre E.Ko.Mt. getreue underthan, durch pose falsche zungen und ungleiche bericht nicht vormachen lassen, sonder antrager und angetragenen itzlichem ein genediger, doch dem gerechttern das gnedigst verleihen und also nit ehr glauben bis solang beide parth verhorth. Das bin ich schuldig ungesparts meins vermugens, leibs und guts umb E.Ko.Mt. zu vordinen, dy ich dem Hochsten in aller gesuntheit der selen und leibs allerhochsten wolfarth zu erhalten thu bevellen und mich sampt^{d)} meiner lieben gemall und tochter nach Got E.Ko.Mt. in aller underthenigkeit. Datum Konnigspergk, ut supra^{e)}.

Albrecht etc.

a) in conc. Luxe

b) furen hic deest, adest in conc.

c) in conc.weis

d) sic in conc., hic: und

e) in conc. den 26 Martii anno 1554 (error pro: 1544).

N. 2410.

E Regio Monte, 26.III.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, rogat, ut in gratiam suam cognato suo, Mauritio electori Saxoniae, equum cantherium pecunia vendere velit.

(Latine, adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 139-140).

Cfr. El. XXXVII, NN. 846, 851.

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 687-689.

N. 2411.

E Regio Monte, 8.IV.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, rogat, ut Petro Horn, suo in coemendo argento procuratori, argentum a praedonibus raptum et deinde recuperatum tradendum curet et id, quod nondum recuperatum est, recuperari faciat.

Cfr. El. XXXVII, NN. 802, 850.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 689-691.

N. 2412.

E Regio Monte, 23.IV.1544.

Albertus dux in Prussia

Paulo Wolski, R.P. cancellario,

Conradum Truchsess, post longiorem moram in aulam regis Poloniae iunioris remissum, commendat et rogat, ut a rege impetret, quo eundem locum, quem antea inter aulicos regis tenebat, iterum obtineat.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 695-696.

N. 2413.

E Regio Monte, 24.IV.1544.

Albertus dux in Prussia

Erasmio Eustachio, canonico Vilnensi, parocho et teloneatori Caunensi, causam Ioannis Plate, civis Cneiphoviensis, quam ex libello eius supplicatorio, litteris incluso, intelligi posse indicat, commendat.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 691-692

N. 2414.

E Regio Monte, 26.IV.1544.

Albertus dux in Prussia

Petro Dameraw Wojanowski (von Woynaw)

Conradum Truchsess, nobilem adolescentem, commendat et rogat, ut eum regi Poloniae iuniori ita commendet, quo in numerum servitorum et aulicorum regis suscipiatur.

(Germanice)

Cfr. El. XLIX, N. 468.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 141-141v.

N. 2415.

E Regio Monte, 28.IV.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

pro Conrado Truchsess adolescente ante aliquot annos in numerum aulicorum regionum recepto gratias agit; nunc post longiorem eiusdem domi commorationem eum in aulam regiam remittit et commendat.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 209, 235, 289.

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 692-695.

N. 2416.

E Regio Monte, 28.IV.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

de litteris per errorem non obsignatis missis se excusat.

Conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165.

Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., ff. 359-360.

N. 2417.

E Regio Monte, 28.IV.1544.

Albertus dux in Prussia

reginae Poloniae iuniori [Elisabeth]

rogat, ut Volmarum, filium defuncti Georgii a Kunheim, capitanei Tapiensis, hucusque in aula Petri Okuñ commoratum, in numerum aulicorum suorum suscipere velit.

(Germanice)

Cfr. El. XXX, N. 287.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 141v-142v.

N. 2418.

E Regio Monte, 28.IV.1544.

Albertus dux in Prussia

Petro Okuń, reginae Poloniae iunioris curiae magistro, quod nobilem Volmarum a Kunheim (Cunheim), adolescentem, in numerum servitorum suorum accepit, gratias agit; nunc rogat, ut iuvare velit, quo in numerum aulicorum reginae iunioris recipi possit.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 848.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 696-699.

N. 2419.

Ex Insula Mariana (Kwidzyń), 5.V.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, litteras eius, 18.IV.1544 datas, se accepisse nuntiat et se excusat, quod equum cantherium Mauritio electori Saxoniae mittendum petens, pecuniae mentionem fecerit; iterum rogat, ut eiusmodi equum nomine suo tradendum curet.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 846, 851.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 699-700.

N. 2420.

E Nova Domo (Neuhausen), 13.V.1544.

Albertus dux in Prussia

episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]

de suo in Prussiam adventu gaudet et gratulatur; commendat causam Bartholomaei Voigt, Jacobi Keuther et Valentini Polkein, civium Regiomontanorum; rogat, ut omnibus negotiis in regali Prussiae parte expeditis se in persona invisere velit.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 700-704.

N. 2421.

Riesenburgi, 14.V.1544.

Albertus dux in Prussia
Felici Srzeński, palatino Plocensi,
pro Matthia Crockau, cive Riesenburgensi, a subditis eius, Ioanne de
Rudowo Rudawski et quodam Władyszewski, in aedibus eorum arresta-
to, intercedit.

(Latine)

(Adest conc. Latinum cum dato: 7.V.1544, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 704-705.

N. 2422.

E Regio Monte, 22.V.1544.

Albertus dux in Prussia
Hieronimo Szafraniec de Pieskowa Skala
libenter se assentire nuntiat, ut filius eius Nicolaus, servitor suus, ob matris
aegritudinem ad matrem invisendam ad tempus domum redeat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, NN. 467, 484.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 705-706.

N. 2423.

Ex Nova Domo (Neuhausen), 28.V.1544.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
oblata occasione nuntii, nomine suo et uxoris eum, coniugem eius et libe-
ros salutatur et de «rerum suarum statu» sibi scribi petit.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 706-707.

N. 2424

E Regio Monte, 28.V.1544.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Odrowqz, palatino Russiae,
litteras eius, 29.III.1544, se accepisse nuntiat et dolet, quod ob infirmam
valetudinem se invisere, ut constituit, nunc non possit; oblata nuntii
occasione eum salutat et valetudinis recuperationem exoptat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 842.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 707-709.

N. 2425.

E Regio Monte, 31.V.1544.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
de donatione Petro Dameraw facta a se confirmata et rata nuntiat; de ar-
mis libenti animo a rege acceptis gaudet; excusationem eius de Conrado
Truchsess in numerum servitorum non suscepto acceptat.*

Cfr. El. XXX, NN. 286, 288, 289.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 709-711.

N. 2426.

E Regio Monte, 31.V.1544.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
sententiam suam de arte et modo bellum cum Turcis gerendi profert.*

Cfr. El. XXXVII, NN. 845, 854.

(Conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., Germ. ff. 365-370 (cum dato: 27.V.1544), Lat. ff. 371-378 (cum dato: 31.V.1544).

(Adsunt etiam 2 conc. Germanica incompleta, alterum brevius cum dato: 27.V.1544, alterum: 31.V.1544, HBA, B, K. 1165).

^{a)}Illustris, Magnifice ac Generose Affinis, Amice ac Frater charissime.

^{b)}Summa mea studia, fraterna officia ac amica obsequia Illustritati Vestrae quovis tempore paratissima offero. Cui a Deo patre gratiam et pacem per Christum atque omnibus in rebus perpetuam felicitatem precor et opto^{c)}.

Vestrae Illustritatis literas responsorias una cum transmissa delineatione accepi, perlegi ac satis intellexi. Atque facere non possum, quin eidem pro singulari in me benevolentia, fraterna voluntate, mirifico studio necnon eiusdem delineationis transmissione maximas ac fraternas gratias agam. Consiliarii ac legati mei, quos ad diem Comitiorum Petracoviam ablegaveram, mirum in modum Vestrae Illustritatis in meis negotiis operam, studium ac opem praedicarunt. Unde facile perspexi per Illustritatem Vestram, quominus ex sententia res meae conficerentur, non stetisse. Doleo profecto ex animo consilia, communi Reipublicae ac patriae salutaria, ne suam vim ac effectum consequantur, impediri. Faxit Deus Optimus Maximus, ut isti malo praesens remedium, priusquam per longam moram invalescat, inveniatur. Ego pro virium tenuitate eum me praestabo, quemadmodum proximis literis scripsi. Si viam ac rationem perspicerem, qua una cum illis, qui incolumitatem Reipublicae quaerunt eamque salvam esse cupiunt, communicato consilio plus facere et adiuvere possem, ea in re nec fidem nec studium meum desiderari paterer. Illud autem me gravissime commovet, quod idem, qui in Hungaria, status esse videtur. Persuasum tamen habeo Vestram Illustritatem aliosque bene de Republica sentientes, ut quae eiusmodi pericula quotidie intuentur, etiam in iis locis est, ubi omnes negotii circumstantias ac casus cognoscit ac perspicit, iisque quomodo pro ratione temporum, hominum ac regionum occurri debeat, novit, patriae consilio et auxilio, quo ista mala tollantur ac eradicentur, non defuturam. A Deo Optimo Maximo precor et opto, ut ad eam rem suum spiritum et gratiam clementer concedere dignetur. Ego, si eo res redacta fuerit, iis, qui salutem Reipublicae et incolumitatem quaerunt, mea exigua ac tenui opera assistam. Christus rem fortunet ac ita dirigat, ut ad sui nominis laudem et gloriam necnon Reipublicae salutem inchoetur ac geratur.

Porro superioribus mensibus Turcici exercitus instructae aciei typum sive formam mihi Illustritas Vestra transmisit, amice et fraterne postulans, ut, quomodo adversus eam contraria acies ordinanda atque instruenda mihi videretur, meam sententiam exponerem. Verum cum tantam ad rem me imparem cognoscerem, econtra Vestram Illustritatem ea in re cum ingenio, tum exercitatione plurimum valere considerarem, adductus sum, ut a Vestra Illustritate suum iudicium ac sententiam exquirerem. Interea etiam temporis, si quid in mentem mihi veniret et omnipotens Deus suggereret, me Illustritati Vestrae patefacturum promisi. Itaque suum iudicium Illustritas Vestra ad me misit, simul etiam quid eidem videatur quidve censeat sua manu perscribens, amice ac fraterne mecum communicavit, tandem subiiciens istis de rebus coram conferre ac colloqui melius esse quam scriptis committere. Cui et ego assentior. Atque Illustritati Vestrae pro amica et fraterna voluntate ac illarum rerum communicatione summas, amicas et fraternas gratias ago habeboque semper.

Et quamquam, ut paulo ante dixi, fatendum mihi est eiusmodi rerum me prorsus esse ignarum atque raro aut fere nunquam adfuisse, multo minus tractasse, attamen si quid est, quod sane perquam exiguum est, primum Deo Optimo Maximo, deinde Illustrissimo ac Clarissimo patri meo^d) merito acceptum refero. Cum quo in primis Italicis bellis sub Caesare Maximiliano fui atque ibi pauca quaedam, ab eo monitus, animadverti ac observavi. Quae quam prae illis, quae in Lusitania, Gallia, inclyto Regno Poloniae, apud Tartaros, Moscovitas ac Walachos Vestra Illustritas vidit, parva sint, non ignoro, ubi etiam, quam harum rerum

Illustritas Vestra esset perita ac sciens, satis declaravit. Quare et mei iudicii ea de re tenuitatem et Vestrae Illustritatis peritiam facile perspicio. Veruntamen ut summi artifices sua opera a rudioribus cognosci ac iudicari eorumque sententiam audire expetunt, ita Vestra Illustritas, summo ingenio praedita ac maxima prudentia instructa, meum exiguum iudicium exquirens, causas sine dubio maximas habet. Fit enim saepenumero, ut ex aliquo verbo, a rudiori fortuito ac imprudenter effuso, prudens ac rerum peritus multa eaque utilia sumat et colligat. Id quoque hac in re usu venturum spero, ut exiguum meum iudicium ad exactiorem investigationem et indagacionem Vestram Illustritatem perducatur.

Et quamquam illud me merito deterreret, quod tantis rebus censis ac iudicandis impar sim, attamen amica ac fraterna erga Vestram Illustritatem benevolentia et amore motus, meam inscitiam prodere non dubito ac typum seu formam quandam, quomodo contra illam, quam Vestrae Illustritati antea transmisi, aciem meo exiguo iudicio contraria instituenda esset, exaravi. Idque cum in manibus haberem, perfertur ad me Vestrae Illustritatis summae prudentiae plenum iudicium, cum quadam brevi consiliorum explicatione. Quod cum diligenter a me perspectum esset, fatebar Vestrae Illustritatis iudicium ac sententiam mihi probari, nec quomodo melius quid in medium proferri possit, [me] animadvertere.

Primum enim hostis circumventioni occursum est et contra copias Turcicas nostrae collocantur, tormenta bellica et bombardae occultantur, quinetiam copiae post tormenta ita collocantur, ut a Turcicis tormentis parum detrimenti capere nostri queant. Adhaec consilia Illustritatis Vestrae, cum Turcorum exercitus maior ac numerosior sit quam christianorum, adeo sunt acuta, ut Vestrae Illustritati nimirum peritiori, ut et antea memini, assentiri cogar. ^{b)}Et quia ex typo seu forma utriusque aciei a Vestra Illustritate mihi transmissa cognoscere nequeo, nec quot in partes seu classes universas suas copias Turca distribuat, nec in quot contrarias Vestra Illustritas dividendas censeat, verum utrobique perpetuus quidam ordo et continua series esse videtur, proinde amice ac fraterne Vestram Illustritatem rogamus, ea nos certiores facere velit, in quas et quot in partes tum Turca universum suum exercitum, tum Illustritas Vestra contrarium partiatur ac dividat. Id ubi cognovero, exactius rem et percipiam et facilius certi quid statuere potero^{c)}.

Porro ne Vestra Illustritas forsitan cogitet me illi sententiam meam ineptam fortasse^{e)} patefacere nolle, amico morem gerendum existimavi.

Itaque eandem meam sententiam Illustritati Vestrae transmittito, ut, si quid ei videbitur, inde sumat ac excerptat. Nam Turca duobus cornibus, ut noster atque etiam Illustritatis Vestrae typus ostendit, longe progrediendo id in animo habet atque molitur, ut adversarium circumdet. Id ut caveatur, necesse est copias nostras, quamvis Turcorum pares non sint, attamen numero non esse exiguas. Saepius enim auditum est a parvis copiis magnas fusas esse, quam parvas a magnis. Atque ab Illustrissimo patre meo non semel audivi imperatori sive exercitus duci summam esse dandam operam, idque in primis curandum, quo pro latitudine atque amplitudine planicie ac spatii quam plurimos non modo in proelio ac dimicatione habeat, verum etiam ut, quoad fieri potest, creberrimi ac frequentissimi caedant ac feriant. Turca vero, quoniam multitudine copiarum abundat, amplam ac latam planiciem et spatium habeat necesse est, atque ibi impetendus ac cum illo dimicandum est, neque cum tantis copiis in angustum locum se perducere facile patietur.

Ego itaque in acie instruenda latitudinem ac amplitudinem elegi, in qua plures ordines instrui ac crebriores conflictus committi caedesque fieri posse existimo. Universas autem copias, eorum praesertim, qui arma ferunt, circiter septuaginta duo millia aestimo, exceptis iis, qui ad currus ordinati sunt. Illi enim tametsi in concathenatorum curruum vallo non sunt notati, attamen intellecti sunt.

Deinde quoniam Turca sua bellica tormenta imo in loco habet, atque non semel auditum est bombardarum tonitrum eos non facile ferre posse, ego^{d)} tormenta distribui, idque occulte et latenter, atque in utrumque Turcicum cornu committendum proelium censui. Quare si Deus omnipotens ita hostis copiam faceret, ut aut ex uno latere aut^{e)} utroque simul proelium committeretur, ordines secederent, tormenta bellica nudarentur, bombardae ferirent atque cornua Turcica in arctum cogerentur, impetus non remittendi, sed strenue atque acriter continuandi essent, simulque reliquae bombardae ac tormenta emittenda atque ita pedetentim impressio conficienda esset. Similiter et ordines, qui in postrema^{x)} acie atque concathenatorum curruum vallo ordinati sunt, educerentur atque relictis curribus concathenatis erumperent et spectarent, quid ibi fortuna vel casus divina benignitate daturus esset. Breviter totum consilium eo dirigendum atque ita instituendum esset, ut impetus atque impressiones magna vi continuarentur, nec longam moram, biduum aut triduum duraturam, conflictus caperet, et divino auxilio invocato aut vincendum aut fortiter succumbendum.

Essent praeterea et alia quaedam stratagemata usurpanda, ignibus iactandis, coangustandis ac perturbandis camelis et eiusmodi alia, quae quidem Illustritati Vestrae ita nota esse scio, ut de illis scribere supervacanem sit.

Quod singulis aciebus, ut videt Vestra Illustritas, in utroque latere alas adiecerim, atque ita, ut fere crucis formam habeant, cum tamen olim in uno tantum latere, ut Vestrae Illustritati quam notissimum est, ala una exercitui adiciebatur, ideo a me factum est, ut quam plurimis ac frequentissimis caedendi ac ferendi sit facultas, nec, quoad fieri potest, ulli conquiescant, sed manu rem strenue gerant. Atque illud etiam in mentem mihi venit. Quamvis cunctae acies quadratae sint instructae, attamen uno in loco turmae quaedam adimi, in altero adiaci poterunt ita, ut acies hic latior, illic longior pro loci, spacii^{b)} ac hostilium consiliorum ratione et animadversione^{c)} instruatur. Considerandum praeterea, anne operae pretium in utrumque hostium cornu proelium committi. Verum si locus pugnae angustus esset, singulae acies in partes dividi pro loco, nunc in longitudinem extendi, nunc in latitudinem ampliari ac latiores reddi possent. ^{b)}Nec praetereundum censem, ut et Danubii commoditas advertenda sit, quum aqua ex una parte exercitum lambat, quo vix eam commoditatem et exercitus plane ita immutaretur, ut ex alia parte hostis aggrediretur Danubiusque praesidii loco fuerit^{i).}

Atqui hoc quidem meum exiguum est iudicium, quod cum Vestra Illustritate, ut harum rerum scientissimo, communicandum duxi, et si quid boni inesset, quod probandum videretur, Illustritas Vestra excerperet; sin minus, totum reiiceret. Faxit Deus Optimus Maximus, ut cum de hac, tum de aliis eiusmodi rebus aliquando coram inter nos colloqui ac familiares conferre sermones nobis liceat, idque futurum spero. Quo quidem mihi nec iucundius nec optatius accidere posset quicquam. Ego enim, quem aetas ad eiusmodi peragenda indies reddit minus idoneum, ex animo Illustritati Vestrae faveo, ut universae Christianae Reipublicae hac aliisque in rebus consulat ac bene de ea mereatur aeternamque et

nunquam interituram laudem capiat. Quam quidem ad rem si Vestrae Illustritati quid gratificari possem, facerem id quidem summo studio ac promptissima voluntate, ac sicubi opus fuerit, quovis tempore Vestra Illustritas me paratissimum cognoscet.

Eademque de causa hanc meam sententiam, quam vel ineptam aut certe perquam exiguam esse non ignoro, eo liberius effudi eamque, ne secus quam ego mitto accipiat, amice ac fraterne peto. Neque cum multis communicare, ne in vulgus proferatur atque ego deridear, nec in universae Reipublicae Christianae perniciem christiani nominis hosti patefiat, verum occultam apud se habere ac servare velit, rogo. Idem et ego facturus sum. Nam quorum opera ^{b)}ac ministerio^{c)} in his utor, ita mihi sunt addicti ac obstricti, ut certo sciam non prolatum iri. Simile quiddam etiam in vetustis Romanorum monumentis legi ac excerpti, verum cum sciam me hisce iam satis ineptum fuisse, mittendum non duxi. Quod si Vestra Illustritas, cuius fraterno amori ac benevolentiae me totum addixi, id omnino a me postulet, non celabo. Consistit autem primum in retrocedendo, postea redintegrando proelio. Sed vereor pro horum temporum ratione plus incommodi quam commodi inde existere.

Postremo animadverti, quod Vestra Illustritas tam in sermone, quam etiam literis^{d)}, me fratris nomine appellare fugiat. Quod cur faciat, causa nulla est. Nec enim suos meosque malevolos illo gaudio afficere velit, quin id potius agere, ut nos et nomine ac amore fraterno coniunctos esse omnes sentiant. Quare peto, Vestra Illustritas et in familiari sermone et literis suavissimo fratris nomine me appellet: idem ego quoque facturus. Nec tantummodo nomine illi frater esse cupio, sed et omnia fraterna officia et amica ac pia studia illi praestabo. Etsi autem natura Vestrae Illustritati frater non sum, tamen animo, voluntatis coniunctione et officiis iuratus, ut dicunt Germani, frater illi ero. Id ita esse Vestra Illustritas persuasissimum habere velit, neque enim unquam alium aut alio animo me quisquam offendet. Hisce Illustritatem Vestram (cui ut fratri me meosque committo) Christo, Servatori nostro, cum cuncta^{k)} eius familia ab omni malo conservandam ac defendendam commendo. Quam bellissime valere et felicissime ac diutissime ad annos usque Nestoreos vivere ex animo opto ac precor. Datae Regio Monte^{l)}, Maii anno etc.

a) *praemittitur textus expunctus*: Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, in Prussia etc. Dux etc., Illustri ac Generoso Domino Ioanni Comiti in Tharnow, Castellano Cracoviensi ac Regni Poloniae supremo exercitui Duci etc., gratiam ac pacem a Deo Patre per Christum precatur atque omnem felicitatem optat.

b) - c) *in margine*.

d) *pro expuncto*: nostro *suprascriptum*.

e) *in margine*.

f) *sequitur expunctum*: eadem

g) *sequitur expunctum*: duobus

h) - i) *in margine alia manu*.

k) *pro expuncto*: omni

l) *sequitur spatium album*.

x) *in Heiml. Reg. prima*.

N. 2427.

Neuhausen, 31.V.1544.

Albertus dux in Prussia

Petro Dameraw Wojanowski (von Woyna)

in negotio cognatae eius, sibi commendato, nuntiat eidem mulieri 60 marcas Pruthenicas quotannis persolutum iri; de lorica a rege grato animo

accepta laetatur; moleste se ferre scribit, quod Conradus Truchsess ex numero servitorum reginae iam excessit; de morte episcopi Posnaniensis [Sebastiani Branicki] et Varsavia incendio combusta dolet.

(Germanice)

Cfr. El. XLIX, NN. 466, 468.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 142v-144.

N. 2428.

Neuhausen, 15.VI.1544.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Niemieczkowski, Ioannis Tarnowski secretario,

pro epistola Tranquilli (de deligendo imperatore exercituum christianorum in bello contra Turcas gerendo) et pro missis novitatibus gratias agit; sed propter aetatem iam provectam eiusmodi muneri obeundo se parem esse non posse asserit.

Cfr. El. XXXVII, N. 852.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 146-147).

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 711-713.

Ioanni Niemyeczokoffsky, XV Iunii.

De epistola Tranquilli¹⁾, utque saepius ad exercitum Caesaris proficiscens scribat.

Salutem ac benevolentiam nostram.

Generose, sincere nobis dilecte.

Literas vestras, prima Iunii Warschovia datas, ad decimum mensis eiusdem in Nova Domo cum adiuncta epistula, quam doctissimus nobis sincere dilectus Tranquillus ad Regiam Maiestatem Romanorum²⁾, Dominum nostrum clementissimum et affinem charissimum, edidit, accepimus sensumque earum legendo cognovimus. Habemus igitur vobis tum pro missione eius epistolae, tum de rebus novis ad nos perscriptis, gratiam³⁾. Et quamquam de Tranquilli scripto aliter iudicare non possumus, quam quod id a docto, perito multoque rerum usu exercitato viro profectum sit, tamen quia nostram personam ad imperatoris contra Turcas officium destinat, probare eius consilium et institutum nequimus. Nos enim propter aetatem, quam plus satis maturam habemus, et vires decrescentes, tantis curis et sollicitudinibus, quae in imperatore magni difficilisque belli requiruntur, pares esse non possumus. Deum autem, aeternum patrem liberatoris nostri Iesu Christi, precibus nostris indignis suppliciter fatigabimus, is divina sua clementia faxit, status Christianitatis sic constituatur, ut tandem capitales fidei ac nominis Christi hostes vincantur⁴⁾ ac debellantur. Nihilominus eos viros, qui communi Reipublicae Christianae hiis in rebus utiliter servire possunt, ordinare ac praeficere dignetur.

Quod ad eum sermonem attinet, quem Nobilis ac Generosus, sincere nobis dilectus Achacius Czema, Castellanus Gedanensis, vestro nobiscum

nomine habuit, certum est praedictum Czema vestra causa egisse apud nos diligenter ac clementem nostram pollicitationem secutam. Ut eam igitur benevolentiam ac pollicitationem clementer factam cernatis, voluimus re ipsa, quemadmodum id nobis negotii curae sit, ostendere ac praenominato Castellano quinquaginta grossos vallenses sive taleros misi-
mus, quos porro ab ipso accipere habetis. Quod reliquum est, vobis a Deo Optimo Maximo salutem, foelicitatem, prosperitatemque tum ad incep-
tum hoc iter, tum ad studia proseguenda, precamur.

Nihil dubitamus vos Illustri, Magnifico ac Generoso adfini, fratri et amico multis nobis nominibus dilecto, Domino Ioanni Comiti in Tharnau etc., saepiuscule scripturos. Hoc ubi fiet, clementer postulamus, velitis nos earum rerum, quae penes vos scitu^{b)} dignae accidunt, certiores face-
re. Inprimis vero quia in castra Imperatoris Caroli ad eum exercitum, quem contra Gallum ducturus est, proficisci constituistis, non dubium nobis est, quin totam eius belli administrationem, omnes occasiones, proelia, certamina, impressiones, obsidiones, expugnationes, tum signo-
rum ordines, acierum instructiones, machinarum et bombardarum dispositiones, reliquaque statagemata omnia, diligenter oculis subiecta, accurate consignabitis. Quod ut faciatis nobisque communicetis, clemen-
ter postulamus. Quanto enim hoc saepius a vobis factum fuerit, tanto nobis officium gratius, quod promereri studebimus, praestabit. Atque haec responsi loco ad literas vestras remittenda duximus. Datae in Nova Domo, ut supra.

Commissio Principis
ex relatione Cancellarii.
Constantinus.

- a) in ms. vincentur
b) in margine pro expuncto: fertur

- 1) Andronicus Tranquillus, Dalmata, secreta-
rius olim Ioannis regis Hungariae.
2) Ferdinandus I.

N. 2429.

E Regio Monte, 16.VI.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Catharina Maraun vidua, subdita sua, cuius causa, quam cum defuncti
Lucae Ketting, civis Gedanensis, heredibus habet, iam lata a se defini-
tiva sententia, per viam appellationis ad regem devoluta est, intercedit
et rogat, ut rex novam appellationis sententiam, utpote privilegiis suis
ducalibus repugnantem, cassare et irritam reddere velit.*

(Latine, adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 144-146).

(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 714-717.

N. 2430.

E Regio Monte, 16.VI.1544.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski] et (mutatis mutandis) Stanislaio
Hosio,*

*commendat causam subditae suae [Catharinae Maraun viduae], ne per ap-
pellationem a definitiva iam a se lata sententia ei iniuria inferatur et
sibi iura et privilegia ducalia imminuantur et labefactentur.*

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 717-719.

N. 2431.

E Regio Monte, 28.VI.1544.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de finium controversiis amicabile actione componendis.*

Cfr. El. XXX, N. 292.

(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 147-149).

*(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum cum dato: 27.VI.1544, HBA,
B, K. 1165).*

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 719-722.

Regi Poloniae.

*De controversia limitum inter regiam partem et Ducatum Prussiae.
XXVIII Iunii.*

Serenissime Rex, Domine clementissime et Avuncule charissime.

*Commissarii, a Serenissima Regia Maiestate Vestra et me ad diiudi-
candam finium controversiam inter utriusque Prussiae aliquot praefectu-
ras constituti, de iis rebus, quas in lustratione limitum ac terminorum
vidissent, animadvertissent et intellexissent, paucis exactis diebus literas
ad me dederunt atque una significarunt se ad Serenissimam Regiam
Vestram Maiestatem de eodem negotio eadem quoque scripsisse. Atque
ego quidem Deo Optimo Maximo, qui pro sua immensa bonitate ac ine-
narrabili sapientia plerisque in locis certa et indubitata limitum signa
constitui et erigi voluerit, in primis gratias^{a)} quas possum maximas
merito ago eundemque oro, uti ad reliquam eiusdem controversae rei
determinationem gratiam ac prosperum successum et exitum clementer
ac benigne concedat, quo iuxta aequitatis normam ac iustitiae rationem
tota res componi ac sopiri queat. Quod enim ad diiudicationem ac deter-
minationem iam per Dominos Commissarios factam attinet, eorum sen-
tentiae ac iudicio assentior eamque accipio nec dubito, quin Serenissima
Regia Vestra Maiestas pro summo iuris ac iustitiae amore idem factura
sit.*

*In ea autem, quae restat, controversiae parte de fluvio Wilkeraw et
lacu Sakrotz video summam testium contrarietatem et dissonantiam,*

atque etiam quid Domini Commissarii censeant^{b)} iisque videatur, animadverto simulque persuasissimum habeo, Sacram Regiam Vestram Maiestatem eo esse animo ac voluntate, ut me atque hoc feudum cum omnibus iuribus tueri ac defendere velit nec permittere, ut illius antiqui fines et termini contrahantur aut ullam iacturam iurium, reddituum ac proventuum faciant.

Porro ne quid, quod ullam dissensionem parere queat, relinquatur, verum ut id, quod restat controversiae, componatur, non displicet mihi Dominorum Commissariorum opinio ac sententia consentium, quo amicabile actione, si fieri posset, res transigenda tentetur. De quorum integritate ac concordiae studio pro explorato habeo futurum, ut eas vias ac rationes ineant, quibus unicuique quod aequum est contingat atque quod suum est obtineat. Quod si ea amicabile compositio non procedat, legitimam ac iudiciariam coram iisdem Dominis Commissariis controversiae dirimendae rationem ac cognitionem non repudio; qui iuramentis ac debita fide, quibus Regiae Vestrae Maiestati mihique devincti sunt, liberati atque denuo ad hoc iudicium peculiari^{c)} iureiurando obstricti, utriusque partis argumenta, indicia, testes et alias probationes, quibus fides fieri possit, suscipiant, audiant et penitus examinent atque tum nullius, nisi solius iuris^{d)}, iustitiae ac aequitatis habita ratione, id, quod iustum est, decernant ac cognoscant. Eo modo si res suscepta, acta et confecta fuerit, non mihi dubium est, quin quod verum ac iustum est, praevaleat et consequatur.

Proinde quam humillime oro, Serenissima Regia Vestra Maiestas quam primum sui animi sententiam mihi atque dictis Commissariis aperire dignetur, quo quid porro facto opus sit intelligi liceat. Id erga Serenissimam Regiam Vestram Maiestatem debito officio, fide ac summa observantia promereri enitar. Datae Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis
ex relatione Cancellarii.
Ioachimus.

a) sequitur expunctum: ago
b) in margine.

c) correctum ex: seculari
d) verbum correctum.

N. 2432.

E Regio Monte, 30.VI.1544.

*Albertus dux in Prussia
Iacobo N., sculteto civitatis Caunensis,
rogat, ut Ioanni a Kolberg (in ms. Deckolberg), silvarum suarum admini-
tratori, adesse velit, quo pecuniam Georgio Meyle, civi Caunensi, mutuo
datam recuperare possit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol., 43, f. 158.

N. 2433.

E Regio Monte, 7.VII.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori

pro Ioanne a Pelcken, cive Gedanensi, intercedit et rogat, ut causam eius de cineribus in silva quadam conflandis regi seniori commendet.

(Sub textu: Mutatis mutandis pro Ioanne a Pelcken ad Episcopum Plocensem [Samuelem Maciejowski] scriptum est).

(Latine)

(Adsunt 2 conc. Latina, unum ad regem et unum ad episcopum Plocensem, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 722-724.

N. 2434.

E Regio Monte, 8.VII.1544.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Konarski (Konertzky)

per Casparem a Lehendorff 20 taleros mittit et novitates sibi perscribi petit.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVII, N. 858.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 149-149v.

N. 2435.

E Regio Monte, 13.VII.1544.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Łaski

litteras eius una cum doctrinae evangelicae epitome magna cum gratia se accepisse significat; oblatam sibi operam in subeundo munere ecclesiastico sibi gratam esse nuntiat, se tamen sine praevio episcoporum suorum consilio ad eam nunc respondere non posse.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 724-726.

Ioanni de Łaski. XIII Iulii.

Literas tuas officii plenas una cum missa nobis doctrinae evangelicae Epitome magna cum gratia, Vir Generose, accepimus. Et quia responsum a nobis expectari scimus, Reverendae Vestrae Dominationi committere non potuimus, quin eundem tuum nuntium literis nostris dignaremur. Primum itaque non possumus non gratulari prosperae valetudini, deinde et animi bene constituti pietati, ut qui eam professionem fidei nostrae christianae, religione adductus, susceperis tuendam, in qua periculum sit, ne magnam facultatum tuarum direptionem aliquando patiaris, licet te non magnificare fluxam mundi huius opulentiam sciamus. Qua in re

hominis vere theologici documentum minime vulgare de te praeuisse videris.

Quod autem adventus tui ad nos dilationem officiose adeo ^{a)}excusas, boni equidem consulimus, quamquam ^{b)}excusatione apud nos non ita fuerit opus, quandoquidem nullo unquam tempore de animi tui erga nos tum studio, tum favore, dubitare cepimus. Caeterum, quod tum nobis offers studium et operam in subeundo munere apud nos ecclesiastico, si qua tibi hic iusta ac legitima detur vocatio, non potest non gratissimum esse, quandoquidem doctorum virorum copiam nobis dari magnopere cupimus. Verum cum nuntius hic tuus in patriam reditum properaret et non parva negotia obstant, per quae non vacat modo cum optimatibus patriae, et praesertim episcopis nostris, quibus hoc oneris potissimum incumbit, consilium capere, nihil certi, hoc quidem temporis articulo, super votis tuis possumus respondere. Res etenim ipsa videtur et iustam et maturam deliberationem requirere, quam et cum nostris, ubi commodum videbitur, instituemus. Interim tamen et doctrinae tuae Epitomen examinandam dabimus, ut hinc innotescat, num quid forte inibi contineatur, quod illi doctrinae, quam hactenus professi sumus et ab evangelicis viris approbatam habemus, repugnet. Id enim si esset, vereamur, ne quod dissensionis seminarium ecclesiis nostris hinc immittatur, quod tamen omen Deus avertat, siquidem nihil aeque amamus atque etiam tueri gaudemus, quam publicam ecclesiarum tranquillitatem et christianam in causa religionis concordiam, quam Deus Optimus Maximus benigne aliquando suo christianismo largiatur. Vale et te nobis ob multa quam commendatissimum ^{c)}esse persuasum habeas. Datæ Regio Monte.

Commissio Principis
ex relatione Cancellarii.
Christianus.

a) - b) *in margine.*

c) *in ms. commendissimum*

N. 2436.

E Regio Monte, 13.VII.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Gôrka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, de perpetua pace inter imperatorem et regem Daniae constituta nuntiat.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 726-728.

Domino Andreae Comiti de Gorkau, Castellano Posnaniensi, XIII Iulii.

Magnifice ac Generose, Amice ac Frater summe nobis dilecte.

Cum huius nuntii copia nobis data esset atque Posnaniam accessurum se diceret, praeterire non potuimus, quin Magnificentiam Vestram, pro nostra summa erga eam benevolentia ac fraterno amore, nostris literis inviseremus, salutem diceremus atque omnia laeta ac prospera pre-

caremur. Atque si Vestrae Magnificentiae omnia ex animi sententia [in] perpetuum succederent, nobis auditu iucundius nec gratius accidere possit quicquam. Quin etiam Deum Optimum Maximum orabimus, ut eidem Magnificentiae Vestrae bonam valetudinem corporis concedat atque in ea usque ad annos Nestoreos conservet atque omni bonorum ac foelicitatis genere, pro sua immensa bonitate, cumulet atque ornet.

Nova iam hic apud nos haec sunt, quae etsi Magnificentiam Vestram iam antea cognovisse arbitramur, tamen ea nostris literis perferenda ac perscribenda existimavimus. Inter Caesaream Maiestatem¹⁾ et Serenissimum Daniae Regem²⁾, Dominum, cognatum et affinem nostrum charissimum, perpetua pax firmata ac constituta est, quo nobis nihil accidere potuit optatius³⁾. Pro qua re Deo Optimo Maximo, patri Domini nostri Iesu Christi, maximas gratias merito agimus habiturique sumus semper, qui sua divina misericordia tantam rem tam benigne affectam reddiderit. Illi sit laus, honor et gloria^{b)} in saecula saeculorum. Amen. Quid nobis Reverendus amicus ac frater nobis percharus, Episcopus Plocensis ac Regni Vicecancellarius³⁾, ad nos hisce diebus perscripserit, exemplo illarum literarum hisce incluso Magnificentia Vestra cognoscet. Quam hisce Christo, servatori nostro, ab omni malo tutandam ac conservandam commendamus, eam belle valere ac diutissime vitam perducere^{c)} optantes. Datae XIII Iulii.

Commissio Principis
ex relatione Cancellarii.

a) *in margine*

b) *et gloria repetitum et expunctum*

c) *in ms. vita producere*

1) *Carolus V.*

2) *Christianus III.*

3) *Samuel Maciejowski.*

N. 2437.

E Regio Monte, 21.VIII.1544.

*Albertus dux in Prussia
castellano Samogitiae (?)*

rogat, ut servitori suo permittere velit, quo in Samogitia ad arcis suae Cleipodiensis usum aliquot boves et oves emere et Cleipodiam sine ullo impedimento abigere possit.

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 740-741.

N. 2438.

E Regio Monte, 16.VII.1544.

Albertus dux in Prussia

Georgio Bielewicz, capitaneo Samogitiae, tenutario Plotelensi,

*pro subdito suo Hieronymo Achsnicht (in textu Germanico: Achtsnit),
Antiquae Civitatis Regiomontanae cive, qui prout sponsor pro quodam*

*subdito eius, Benedicto de Girschendeit (in textu Germanico: Gwerken-
deit), nomine empti panni fideiussit et magnam pecuniam persolvit,
intercedit et rogat, ut dictum Girschendeit ad restituendam subdito suo
pecuniam compellat.*

(Latine, adest textus Germ. in: Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 159-160).

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 728-729.

N. 2439.

E Regio Monte, 4.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Russocki, castellano Biechoviensi,

*summam pecuniae, filio eius mutuo datam, repetit et eiusdem filii eius
chirographum transmittit.*

(Latine; adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 149v-150v.).

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 730-731.

N. 2440.

E Regio Monte, 5.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia

universis

*quietantia de argento suo Vratislaviae empto et in castellanatu Posnani-
ensi erepto, opera Andreae a Górka, castellani Posnaniensis, accedente,
partim recuperato.*

(Latine)

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 731-733.

N. 2441.

E Regio Monte, 15.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

*pro Henrico Storch, cive Posnaniensi, intercedit rogans, ut 400 boves, a
novo telonei praefecto Posnaniae arrestatos, sine telonei solutione recu-
perare possit.*

(Latine)

Cfr. El. XLV, N. 42.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, 733-734.

N. 2442.

E Regio Monte, 15.VIII.1544.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]
pro Henrico Storch, cive Posnaniensi.*

(Latine)

(Adest. conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, f. 735.

N. 2443.

E Regio Monte, 20.VIII.1544.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de interdicto regio boves et pecora ex Lithuania et Samogitia in Ducatum
suum Prussiae mercatum ducendi queritur et asserit eiusmodi interdic-
tum initis utrimque foederibus repugnare.*

Cfr. El. XXX, N. 294.

*(Adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 153v-154v, cum nota sub
textu: Mutatis mutandis ahn den bischof zu Plotzigk).*

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 736-740.

Regi Poloniae, XX Augusti.

Serenissime Rex, Domine clementissime et Avuncule charissime.

*Summa et inevitabilis cum mea, tum meorum fidelium subditorum,
necessitas me cogit, ut ea, quae certo ac non vano rumore ad me perlata
sunt, Serenissimae Regiae Vestrae Maiestati aperiam, nimirum in Regiae
Vestrae Maiestatis terris, Magno videlicet Ducatu Lithuaniae, Samogi-
thiae et aliis finitimis, edictum esse, ne in meum Ducatum boves ac
pecora mercatum agantur aut ducantur, eosque, qui contra illud boves
aut alia pecora in meum Ducatum actos vendiderint, gravissimas poenas
pendere. Quin etiam contra veterem consuetudinem meis subditis in
Samogithia, pecora ut coemant, non concedi, verum Regiae Vestrae
Maiestatis subditis, Cawnium et eiusmodi oppida ut adducant, severis-
sime mandatum esse. Quod sane, meo exiguo iuditio, ipsis quoque
Regiae Vestrae Maiestatis subditis non levia incommoda propter longam
loci ac viae distantiam est allaturum. Atque eo gravius id mihi nunc
ferendum est, quod haec atque eiusmodi eo tempore, cum etiam haec
mea Prussiae pars hostis ac inimica^{a)} haberetur, nunquam sint tentata*

aut incepta, praeter haec emporia ac depositiones mercium, quae semper ab antiquo in meis praefecturis fuerunt, nunc impediuntur atque ad insueta et inusitata loca in meorum fidelium subditorum incredibilem iacturam deductae ac collocatae sint. Et quamquam propter eiusmodi innovandarum rerum^{b)} studium iustis de causis idem mihi facere liceret, quo istius malae vicinitatis suasores et authores intelligerent, mihi easdem rationes patere, nolui tamen Regiae Vestrae Maiestatis honoris gratia ac meae debitae erga eam observantiae causa usque adhuc nihil quicquam movere, sed suo loco ac statu cuncta immutata relinquere, primumque Regiae Vestrae Maiestati (ex cuius voluntate ac iussu haec minime oriri certo scio) aperire ac patefacere. Quandoquidem autem Regiam Vestram Maiestatem non praeterit, quam gravibus de causis quamque maturo consilio transactiones ac foedera inter Magnum Ducatum Lithuaniae et meum Ducatum sancita sint, atque meo exiguo iudicio, ideo potissimum, ut utrimque^{c)} pax, concordia, tranquillitas otiumque constituta confirmarentur ac perdurarent, ubi inter caetera expressis verbis haec continentur:

Item liber sit transitus et viae omnibus mercatoribus et incolis terrarum Domini Ducis Prussiae cum suis mercantiis, frumentis, cuiuscumque maneriei existant, sine impedimento et angaria per terras, maria, aquas et flumina quaecumque ascendendo in et ad terras^{d)} Lithuaniae et Samagitharum ac descendendo per terras nostras ac per ipsa flumina et aquas usque in Ducatum Prussiae in navibus vacuis et oneratis, magnis sive parvis, in perpetuum, quocumque et quotiescumque voluerint, absque aliquo^{e)} arresto et impedimento cuiuscumque, quemadmodum eodem iure Serenissimae Regiae Vestrae Maiestatis subditi in meo Ducatu utuntur^{f)}. Quare tanto, ut maiori non possim, studio a Serenissima Regia Vestra Maiestate peto ac supplex oro, ea pro regia bonitate ac aequitate, ut quae procul dubio non minus quam maiores eius vetera foedera et transactiones renovata ac iuramentis sigillisque confirmata vim habere ac immutata permanere cupit, nihil, quod renovato contractui Lithuanico est contrarium, attentari ac agi permittere dignetur. Verum regia clementia id curare ac mandare velit, eiusdem contractus vis et autoritas^{g)} sancta et inviolabilis servetur, quicquid contra eum incoeptum aut constitutum est, cassetur et annihiletur, negotiationes ac commercia inter utramque partem libera et expedita relinquuntur ac permittantur, ne contractus, transactiones ac foedera eleventur, sed, ut aequum est, vim ac auctoritatem obtineant, neve aut Regiae Vestrae Maiestatis feudo, meo Ducatui (quem defendendum summis viribus Serenissima Regia Vestra Maiestas clementer promisit), aut cuiquam ex subditis ulla iactura iurium fiat. Id erga Serenissimam Regiam Vestram Maiestatem etc.

Commissio Principis propria.
Ioachimus.

a) *sequitur expunctum*: haec mea

b) *in margine*

c) *in margine pro expuncto*: oriumque

d) *sequitur expunctum*: nostras

e) *sequitur expunctum*: in

f) *sequitur expunctum*: verantur

g) *verbum correctum*.

N. 2444.

E Regio Monte, 20.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia
quibusdam dominis in Podolia
rogat, ut Alexandro Sapia (alias Stapia), aulico suo, in emendis in Podolia
et in Ducatum suum adducendis bobus et ovibus adesse velint.
(Latine)
(Adest. conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).
Ostpr. Fol., vol. 52, f. 735.

N. 2445.

E Regio Monte, 20.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia
Bernardo Pretwicz (Brettwitz), capitaneo Barensi,
pro litteris, 27.VII.1544 datis, et pro missis novitatibus gratias agit; servitia
eius acceptat et per Alexandrum Sapia (alias Stapia) 100 florenos aureos
mittit; eundem Sapia eo se misisse nuntiat, ut coemptas sibi vaccas,
boves et oves Turcicas in Prussiam traderet; depictam sui imaginem
in memoriam mittit.
(Schedula: rogat, ut servitori suo, ad adducenda pecora misso, aliquem
ex suis auxilio addat).
(Germanice)
Cfr. El. XLIX, N. 472, 473.
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 150v-152v.

N. 2446.

E Regio Monte, 20.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia
Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,
rogat, ut hereditatem a defuncto famulo eius, Iob Lehwaldt (Leopaldt),
relictam Alexandro Sapia (Stapia) tradat, quo eam Antonio Lehwaldt,
defuncti Iob fratri germano, coquinae suae praefecto, tradere possit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 152v-153v.

N. 2447.

E Regio Monte, 22.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Łaski, palatino Siradiensi,
litteras eius, quibus se membrum insigne Regni et "nostrae professionis
principem" appellavit, sibi per nuntium eius allatas esse et gratas ac
iucundas fuisse nuntiat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 861.

(Adest. conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 741-742.

N. 2448.

E Regio Monte, 22.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Samueli Maciejowski]
se regi scripsisse nuntiat de iniuriis, quae sibi subditisque suis a praefectis
regiis in Lithuania et Samogitia inferantur; rogat, ut negotia sua ita
apud regem promoveat, ut nihil contra iura et privilegia sua attentetur,
"quod Lithuanicis contractibus repugnare....videri possit".

(Schedula: de litteris acceptis; de Comitibus incipientis).

Cfr. El. XXXVII, N. 864.

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum (sine schedula), HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 742-745.

Episcopo Plocensi, XXII Augusti.

Sincerum animi affectum et quicquid grati praestare possumus.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis percharere.

Tametsi Sacram Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum
clementissimum et avunculum charissimum, pluribus alioqui arduis gra-
vibusque negotiis distentam, scriptis nostris hoc tempore molestare non
esset animus, imo potius ab omni molestia levare Maiestatis eius senec-
tutem venerandam cuperemus^{a)}, tamen nostra, subditorum nostrorum
inevitabilis necessitas nos urget, ut eam literis nostris interpellare et
insperata illa, bonae vicinitati plane adversa, gravamina et iniurias, quae
nobis nostrisque subditis a Regiae Maiestatis Suae Lithuaniae Samogi-
thiaeque praefectis inferuntur, aperire cogamur. Quae autem qualiaque
gravamina sint, ex^{b)} literis ad Sacram Regiam Maiestatem destinatis^{c)},
quae Reverendae Paternitati Vestrae haud dubie offerentur, innotescet.
Qua quidem de causa atque etiam compendii nomine Reverendae Pater-
nitati Vestrae, ne duplici molestia afficiatur, primum ea perscribere
intermittimus.

Equidem pro nostra simplicitate aliter indicare non possumus, quam quorundam malevolorum instigatione id agi, ut nobis nostrisque privilegiis et iuribus labefactatio inferatur, quae res sane non mediocri praeiudicium et regio inclytæque Coronae Poloniae feudo afferet. Cum nostro autem iudicio pacis conditiones inter Magnum Lithuaniae ac Prussiae Ducatum praecipue ea de causa constitutae sint, ut utrobique pax, amicitia, quies et concordia constituatur, eaque firma et rata conservetur, deinde ut subditi parte ex utraque libere negotiari, ultro citroque commeari sine impedimento possint, quae omnia indigno istoc et bonae vicinitati adversante incepto turbantur ac dissipantur, quapropter amice vehementerque petimus, Reverenda Paternitas Vestra ex innata virtute et beneficentia nobis semper ostensa, tanquam studiosus pacis amator, haec negotia nostra apud Sacram Regiam Maiestatem sic promovere dignetur, ut nihil prorsus, quod Lithuanicis contractibus repugnare ullo modo videri possit, attentetur, quin potius ex omni parte illaesae et sacrosanctae perpetuo in subditorum commodum et publicam utilitatem conserventur. Nihilominus detur opera, ne per pravos quosdam hinc calamitatis autores et novandarum rerum cupidos bona et salutaris politia (quod terris hominibusque damnosum erit) perturbetur. Hoc nos erga Reverendam Paternitatem Vestram amicis fraternisque officiis promereri studebimus. Datae Regiomonte.

Cedula

Reddidit nobis nuntius noster a Reverenda Paternitate Vestra literas iucundissimas. Ea enim, quae ad harum terrarum tranquillitatem et totius Christianitatis concordiam pertinent, nuntiabant. Deus Optimus Maximus, Pater Domini nostri Iesu Christi, det tandem suae afflictæ ac dissipatae Ecclesiae veram ac perpetuam concordiam, ut uno ore, concordi animo, eadem voluntate ipsum invocet, adoret atque laudet.

Comitia ut foeliciter incipiantur progressumque ac eventum laetissimum consequantur, Christus faxit, isque pro sua immensa bonitate et misericordia corda omnium regat ac gubernet, ut universae Reipublicae utilia ac salutaria statuatur decernanturque. Id si unquam, hoc tamen tempore difficillimo in primis est necessarium. Sacram Regiam Maiestatem grandiore solito morbo laborasse, graviter ferimus: speramus tamen iam divina clementia pristinae sanitati eam restitutam esse. Cui id ex animo non secus ac nobis ipsis optamus. His Vestram Reverendam Paternitatem Christo commendamus, quam belle valere et ad annos usque Nestoreos vitam foelicissime perducere^{d)} optamus.

a) in margine

c) verbum correctum

b) sequitur expunctum: nostris

d) in ms. producere

N. 2449.

E Regio Monte, 22.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Gôrka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro civibus Vratislaviensibus intercedit et rogat, ut ope auxilioque eius adiuti reliquam rapti argenti partem recuperare atque accepti damni et fac-

tae impensae compensationem consequi possint.

Cfr. El. XXXVII, N. 802.

(Adest. textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 155v-156v).

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 746-747.

N. 2450.

E Regio Monte, 22.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo (Terlau), vexillifero Sandomiriensi,

pro missis novis, praesertim de Magni Ducatus Lithuaniae regimine in regem iuniorem conferendo, gratias agit.

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 23.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 157v-158.

N. 2451.

E Regio Monte, 22.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia

Fabiano Czema, succamerario Pomeraniae,

pro novitatibus ex aula regia missis gratias agit; de infirma regis senioris valetudine dolet; libenter se permisisse nuntiat, ut nonnulli famuli eius per aliquod tempus una cum equis Ragnetae commorari possent, et nulla gratiarum actione pro eo opus esse; se nescire scribit, an villa eius Gilgenau, in districtu Gilgenburgensi sita, ad onera, cum convocando ad arma milite coniuncta, teneatur necne.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 158v-159v.

N. 2452.

E Regio Monte, 29.VIII.1544.

Albertus dux in Prussia

Christophoro Konarski (Connersky)

20 taleros se ei libenter misisse nuntiat, ut eo fidelius sibi servire velit; ob regis iunioris proposita contristatur; regi seniori salutis recuperationem exoptat; pro communicatis secum novitatibus gratias agit et rogat, ut de nuntio imperatoris et de rege iuniore amplius scribat.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVII, N. 858.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 156-157.

N. 2453.

Oletzko, 2.IX.1544.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,
ob non Latine scriptas litteras se excusat; sperat futurum, ut ferrum, subdito
suo, Bartholomaeo Schmidt, civi Stradaunensi, in oppido Wąsosz (Wa-
genschoss) arreptum et arrestatum, ei restituatur.*

(Germanice)

Cfr. El. XXXVII, N. 866.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 159v-161.

N. 2454.

Oletzko, 2.IX.1544.

Albertus dux in Prussia

*Gabrielis Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,
litteras, Nicolao Wolski inscriptas, mittit et rogat, ut eas Latine vertat et ita
illi transmittendas curet.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 161-161v.

N. 2455.

E Regio Monte, 9.X.1544.

Albertus dux in Prussia

*Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,
rumore ad se perlatum esse nuntiat Albertum Rychwalski, qui erepti sibi
argenti auctor fuit, nunc Posnaniae comprehensum esse; rogat, ut ope-
ram dare velit, quo ereptum argentum omne sibi restituatur et auctor
istius facti expensas reddere cogatur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, NN. 802, 873.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 748-749.

N. 2456.

E Regio Monte, 22.X.1544.

Albertus dux in Prussia

*Iosto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
pro binis litteris, novitatibus et "reformatione ecclesiasticae ordinationis"
episcopi Culmensis sibi missis gratias agit; minus iucundum id sibi
fuisse nuntiat, quod de re monetaria sibi scripserit; rogat, ut epistolas
suas ad Sigismundum ab Herberstein et doctorem Casparem Hedio*

transmittendas curet.

Cfr. El. XLIX, NN. 478, 479.

(Adest. conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 161v-162v.

An Jobst Ludwigenn, 22 Octobris.

Unsern grus und genedigen willen zuvorn.
Elder, besonder lieber.

Wir haben nunmehr von euch zwey schreyben, eins den XVII Septembris, das ander den VIII Octobris aussgangen, neben der überschicken reformation der kirchenordnung des bischofen von Colm¹⁾, auch etzlichen mitgeteylten zeitungen, bekommen und thun wir uns desselben ewers schriftlichen ersuchens, mittheylung der zeitung und übersendungen der reformation gantz genediglichen bedancken, in gnaden versehend, yr werdet uns, wes kunftig furfallen wirt, zu eroffenen nicht beschwer haben.

Wie yr aber yhn dem jungern und sondern schreyben anzeigt, wes euch unserer muntz halben von etzlichen hohen personen der Cron begehend, were uns, wan euch von unsertwegen ethwas zugetriben sold werden, nicht lieb. Seinth auch der gentzlichen^{a)} hoffnung, das euch disfals und sonsten unsernthalben nichts beschwerlichs werd beygebracht konnen werden. Dann was wir hierinnen gethan, das haben wir ynhalts und auf unsere privilegia, damit wir befreyhet, vorgenommen, wersehenlich wir bey demselben pillig pleyben geschetzt und gehandelt werden, derwegen dan euch sovil weniger beschwerung ader sonsten anders zu vermuten. Und wolten euch dis aus genediger gewagenheit auf ewer schreyben zur antwurth nicht verhalten, in gnaden synnendt, yr wollet euch nicht bevhillen lassen, beyligenden briefe widerumb an herrn Segemundt von Herberstein und doctorem Casparn Hedienn bey zufelliger gewisser botschaft zufertigen. Das seindt^{b)} wir yhn gnaden abzunemen und zu erkennen gewogen. Datum Konigspergk.

a) *in margine pro expuncto*: gantzlichen

b) *sequitur expunctum*: seindt

1) Tidemannus Giese, ep. Culmensis.

N. 2457.

E Regio Monte, 26.X.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

rogat, ut rex ad proxime futura Comitia Imperii legationem suam cum sufficientibus instructionibus in negotio abolendae proscriptionis (quae proxime celebratis Spirensibus Comitiis nonnisi ad unius anni spatium suspensa est) mittere velit.

Cfr. El. XXX, N. 297.

(Adest textus Germ. cum dato: 29.X., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 163-164).

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 749-752.

Regi Poloniae Seniori in causa proscriptionis, 26 Octobris.
Serenissime Rex,

Cum mihi de Sacra Regia Maiestate Vestra satis constet eandem nullum laborem, curam, studium ac operam defugere^{a)} nullisque impensis aut sumptibus parcere (quod inclytum et laudabilem Regem maxime decet), quo efficiatur, ut ego una cum miseris meis subditis, qui Sacrae Regiae Maiestati Vestrae non secus ac mihi ipsi subdita fide et oboedientia devincti sunt, odiosa illa proscriptione tandem liberemur, non dubito quicquam, quin Sacra Regia Maiestas Vestra (tametsi ea aliis gravioribus occupata negotiis) in memoria recenti ac adhuc habeat, quale responsum eiusdem legatus proxime celebratis Spirae Comitibus a Sacra Caesarea et Catholica Romanorum Maiestate¹⁾ in hac causa, ad officiosam et subditam suam petitionem et instantiam, obtinuerit. Hoc scilicet: Caesaream Suam Maiestatem praetensam proscriptionem in annum unum suspendisse, nihilominus clementer addidisse, ut proxime futuris Comitibus ad Maiestatem Suam ac Sacri Romani Imperii ordines ea res vicissim referretur, suam una cum Imperii statibus operam pollicens, ut, quantum rationes suae caesareae paterentur, Regiae Maiestatis Vestrae precibus ne deesset, imo benignam sese hoc casu et faventem ostenderet.

Quapropter cum tempus suspensae illius proscriptionis ad finem spectet ac futuro mense Decembri Conventus iterum celebrandus sit, ex debito meo officio atque hac potissimum de caussa, quod cupiam Sacram Regiam Maiestatem Vestram supervacaneis laboribus, curis^{b)} ac sumptibus levatam, simulque inclytam Poloniae Coronam ac miseras hasce terras praesentibus periculis ac gravaminibus prorsus exempta ac liberata, intermittere non potui, quin Regiam Maiestatem Vestram hoc de negotio admonerem eamque rem in memoriam ei revocarem, etiam atque etiam subiectissime petens, Regia Vestra Maiestas, cuius res propria agitur, dignetur pro utilitate, commodo et emolumento tum suo, tum harum terrarum, ad proxime futura Imperii Comitibus suam legationem (quemadmodum ipse quoque servitorem meum hoc ipso nomine eodem^{c)} ablegavi) cum sufficientibus ac necessariis informationibus mittere. Quae porro ad Sacram Caesaream Maiestatem, Electores, status et ordines Imperii instet modisque omnibus urgeat, quo odiosissima tandem proscriptio antiquetur abrogeturque. Vestram enim Regiam Maiestatem subdite celare non possum multorum sermonibus percrebuisse, quod praetensus Magnus Magister²⁾ Ordinis Teutonicorum undique suum intendat studium, cogitationes omnes consiliaque eo dirigens, quo aliquid in harum terrarum pernitiem molitur.

Confido equidem mihique persuadeo Regiam Maiestatem Vestram sese clementem in hac causa exhibituram. Hoc erga Regiam Maiestatem Vestram, quam Deo Optimo Maximo ad longa tempora salvam incolumemque servandam pro commodo, emolumento et augmento Regni committo, subditis meis officiis, studiis debitis et amicis una cum meae fidei subiectis populis promereri diligenter conabor. Datae Regiamonte^{z)}, ut sopra.

a) in ms. defugeretur

b) in ms. cures

c) in ms. eidem

z) sic in ms.

1) Carolus V.

2) Volfgangus Schutzbar.

N. 2458.

E Regio Monte, 29.X.1544.

*Albertus dux in Prussia
fabro aerario, civi Posnaniensi,
ad alveos in balneis arcis suae Regiomontanae conficiendos et parietes in
Nova Domo (Neuhausen, Newenhaus) aere cyprio inducendos eum
venire iubet.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, f. 162v-163.

N. 2459.

E Regio Monte, 29.X.1544.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,
rogat, ut annexas litteras regi iuniori tradendas curet et responsum ad eas
datum sibi transmittat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 164-164v.

N. 2460.

E Regio Monte, 12.XI.1544.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
Andream Vogt (Voigt), subditum suum, cum Ioanne Coppen, cive Gedanensi
controversiam quandam habentem, commendat.*

(Latine, adest textus Germ., Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 164v-165).

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 752v-753.

N. 2461.

E Regio Monte, 16.XI.1544.

*Albertus dux in Prussia
reginae Poloniae iuniori [Elisabeth]
de Magni Ducatus Lithuaniae regimine in regem iuniorem translato et regis
ac reginae in Lithuaniam itinere gaudet; officia et obsequia defert.*

(Germanice)

Cfr. El. XXX, N. 299.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 165-166.

N. 2462.

E Regio Monte, 19.XI.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, litteras eius, 26.X.1544 datas, se accepisse nuntiat et pro significatis novitatibus gratias agit; negotium suum et Vratislaviensium de argento iterum commendat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVII, N. 870.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 757-759.

N. 2463.

E Regio Monte, 20.XI.1544.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

de Magni Ducatus Lithuaniae regimine regi iuniori tradito gaudet omniaque fausta et felicia ei precatur; sperat regem iuniorem rerum suarum rationem esse habiturum et foederis Lithuanici pacta confirmaturum.

Cfr. El. XXX, NN. 296, 301.

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 753-757.

Regi Poloniae Seniori, XX Novembris.

Serenissime Rex, Domine clementissime.

Ex literis Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae, Brzessie octavo mensis Octobris datis, non sine magna animi laetitia cognovi Sacram Regiam Maiestatem Vestram Sigismundo filio, Domino meo clementissimo, consobрино charissimo, regimen et gubernationem Magni Ducatus Lithuaniae tradidisse ac commendasse. Ad quod quidem auspicatum Regni initium Regiae Maiestati Suae Dei gratiam et omnia fausta foeliciaque precor, Deum Optimum Maximum votis supplicibus sollicitans, faxit, ut regium hoc munus, tum ad honorem omnipotentis Dei et amplificationem nominis sui sancti, tum ad commodum, utilitatem et augmentum subditorum suorum vicinarumque gentium, ad longa tempora prosperis successibus et saluberrima valetudine obire ac procurare possit. Neque ego dubito quicquam, quin Maiestas Sua Regia mei meorumque fidelium subditorum, tum sua sponte, tum propter Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae mandatum, habitura sit rationem, quo gravamina et iniuriae, quae mihi, meis terris et subditis contra pacis foederumque conditiones a quibusdam Magni Ducatus Lithuaniae incolis illatae sunt ac indies magis magisque imponuntur, tandem mitigentur, tollantur, propulsentur ac meliora (sanctionibus non repugnantia) in locum substituantur.

Caeterum Sacram Regiam Maiestatem Vestram recenti memoria tenere existimo, qualiter eadem superiori tempore, cum foederis Lithuanici conditiones innovarentur ac iureiurando sigillisque confirmarentur, claris verbis, inter caetera, promiserit: nempe Sacrae Regiae Maiestatis

Vestrae filium dilectum, Dominum Sigismundum Augustum Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc., ut primum iustam aetatem attigisset, obligatum esse debere easdem pactiones, sive antiqui foederis innovationes, corporali suo iuramento, quo testatum faceret se eas semper ratas inviolatasque servaturum, roborare. Etsi igitur pacta illa et conventa a praedecessoribus nostris veteribus pro communi commodo, utilitate, emolumento utriusque ^{a)}partis, praecipue autem pro alma pace utrimque^{b)} conservanda, haud dubie utiliter et magno consilio confecta sint^{c)} (unde porro etiam Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae super iis conventionibus confirmatio secuta), nullumque dubium sit Regiam Maiestatem iuniorem ad conservanda ea, quae bene laudabiliterque constituta et ordinata sunt, non secus ac Sacram Regiam Maiestatem^{d)} Vestram, sua sponte promptam esse ac paratam, tamen eandem Sacram Maiestatem Vestram promissi sui, tum temporis in foederibus pangendis ac confirmandis facti, commonefaciendam duxi, confidens regia vestra gratia eandem minus hoc moleste laturam. Vehementer igitur subiectissime etiam atque etiam peto, Sacra Regia Maiestas Vestra considerare clementer dignetur, quantum terrarum populorumque partis utriusque hunc contractum habere ratum intersit. Neque clam est, quanta item, si initio novae administrationis suae Iunior Regia Maiestas contractibus et foederibus adversum ire patiatur, labefactatio secutura sit, quaeve inde ruina impendeat. Hae tantae res Maiestatem Vestram Regiam merito movere debent, quo Dominum Sigismundum Augustum filium eo deducere nitatur, ut iis pollicitationibus, quas ipsius nomine Sacra Regia Maiestas in verbis foederis expressit, perpetuo stare, neque ab illis unquam discedere in animum inducat suum. Hac ratione et foederibus Regia Sua Maiestas satisfecerit et laudem sibi perpetuam Sacra Maiestas Vestra pepererit, tum haud dubie magna utrimque subditis hinc consequetur utilitas. Ego vero debitis obsequiis, subditis studiis et amicis officiis promereri semper omnique tempore pro virili enitar. His Sacram Maiestatem Vestram etc.... Datae ex Regiomonte.

a) - b) *in margine*

c) *correctum ex:* sunt

d) *sequitur expunctum:* Iuniorem ad conservanda ea

N. 2464.

E Regio Monte, 21.XI.1544.

Albertus dux in Prussia

Gabrielis Tartio, vexillifero Sandomiriensi,

pro negotiorum suorum in aula regia promotione gratias agit; ob Magni Ducatus Lithuaniae regimen in regem iuniorem collatum gaudet.

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 24.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 166v-167.

E Regio Monte, 22.XI.1544.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi, [Samueli Maciejowski]
pro diligentia in promovendis apud regem negotiis suis exhibita gratias agit;
de Magni Ducatus Lithuaniae iurisdictione regi iuniori commissa gaudet;
causam suam, de qua ad regem scripsit, commendat.*

Cfr. El. XXXVII, N. 868.

(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 759-761.

Episcopo Plocensi, XXII Novembris.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis perchare.

Reverendae Paternitatis Vestrae^{a)} literas, Brzeszcze octavo mensis Octobris datas, accepimus, legimus ac cognovimus. Principio Reverendae Paternitati Vestrae magnas habemus gratias pro amica illa salutatione, servitiorum prompta et alacri delatione, inprimis autem quod negotia nostra tanto studio, cura et diligentia ad Sacram Regiam Maiestatem commendare ac promovere dignata est. Cui vicissim nostram operam ac studia parata amice fraterneque offerimus, Deum Optimum Maximum suppliciter votis sollicitantes, largiatur Reverendae Paternitati Vestrae saluberrimam valetudinem ac laetissimos omnium rerum successus. Quod Sacra Regia Maiestas negotia nostra ad Comitia Vilnae celebranda distulit ac Serenissimo Principi et Domino, Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae etc., Domino nostro clementissimo et consobрино charissimo, iurisdictionem Magni Ducatus Lithuaniae detulit ac commisit, non sine magna animi laetitia intelleximus ac nostros eo nuntios plena cum potestate mittendos necessarium esse ducimus, sperantes plane ac confidentes (quod quidem a Christo omnipotente suppliciter etiam contendimus), Sacram Regiam Maiestatem Suam clementem sese et aequam erga nos negotiaque nostra exhibituram ac ita operam daturam, ut quisque, quod aequum iustum est, obtinere queat.

Caeterum quae ad Sacram Regiam Maiestatem isthoc nuntio perscribimus, ea Reverenda Paternitas Vestra ex ipsis literis facile cognoscet, vehementer, amice ac fraterne petentes, Reverenda Paternitas Vestra suam curam, operam ac studium, quemadmodum hactenus egregie praestitit, porro nobis praebere non desinat, quo nostrae huic postulationi ad Sacram Regiam Maiestatem locus detur. Hoc nos erga Reverendam Paternitatem Vestram (quam Christo Servatori diu salvam incolumemque conservandam committimus) amicis studiis fraternisque officiis promerebimur. Ex Regiomonte, ut supra.

a) in ms: Reverenda Paternitas Vestra.

N. 2466.

E Regio Monte, 22.XI.1544.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Patzko, civi Cracoviensi,
rogat, ut inclusas litteras Bernardo Pretwicz in manus proprias adferendas
curet et duo dolia boni vini Hungarici sibi suppeditet.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 167-167v.

N. 2467.

E Regio Monte, 22.XI.1544.

Albertus dux in Prussia
Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,
pro catena et auro ei missis tantam gratiarum actionem superfluam fuisse
scribit; annuntiatum eius ad se adventum exspectat; pro equo dono
misso et pecoribus gratias agit.
(Germanice)
Cfr. El. XLIX, N. 467.
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 167v-168v.

N. 2468.

E Regio Monte, 23.XI.1544.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
de Magni Ducatus Lithuaniae gubernatione ei tradita gaudet et gratulatur
omnemque felicitatem exoptat.
Conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165.
Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg., ff. 407-409.

N. 2469.

E Regio Monte, 23.XI.1544.

Albertus dux in Prussia
reginae Poloniae iuniori [Elisabeth]
de regimine Magni Ducatus Lithuaniae regi iuniori commisso gaudet et
gratulatur.
(Germanice)
(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1165).
Ostpr. Fol., vol. 80, Heim. Reg. ff. 410-411.

Ragnetæ, 30.XI.1544.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

de perpetua pace inter imperatorem et regem Galliae inita gaudet; pro negotii sui apud regem diligenti expeditione et pro litteris fratri suo, archiepiscopo Rigensi, missis gratias agit.

Cfr. El. XLIII, NN. 25, 26.

(Adest conc. Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ospr. Fol., vol. 44, ff. 168v-170.

An Gabriell Tharlen den XXX Novembris.

Unsern grus zuvorn.

Edler, lieber besonder.

Wir haben numehr zwey schreyben von euch bekhomen. Das erste, welchs datum stehet zur Wild den 14 Novembris, ist uns zu Crapissken, als wir yhn unser wiltnus gezogen, behendiget, darauss wir mit grossem frolocken und hertzlicher freude, das zwischen kay.mt.¹⁾ und dem konigk von Franckreich²⁾ ein bestendiger fride aufgericht, verstanden, verhofflich darum wir auch den ewigen Gott embsiglich anrufen, es soll hieraus viel gutts erfolgen und dem erbfeindt christlichs namens destestadtlicher widerstanden werden. Thun uns dergegen solchs zuschreybens genediglichs bedancken und sein es gegen ewer person yhn gnaden abzunemen gewogen. Seint auch mit ewer entschuldigung wegen des nicht schreybens gantz wol zufride, der genedigen zuvorsicht, yr werdet uns nachmals oft schreyben und wes ider zeit newes, des zu wissen vonnoten, auch zimlich fuffelt, theylhaftig machen. Das ander schreyben, datirt zur Wild den 23 Novembris, ist uns zu Rangneth, als wir durch das wetter von der jagt abgetrieben, uberantwort. Haben daraus mit sonder hohen freud, das junge ko.mt., unser genediger herr und freuntlicher, lieber ohem, noch frisch und gesunth, vernommen, den barmhertzigem (ater bittende, seyne Almechtigkeyt geruche solchs zu langen zeiten zu vorleihen. Daneben, das yr unser sachen bey s. ko.mt. mit so hohem vleiss ausgericht euch eynen brief an den hochwirdigen cum titulo ertzbischofen zu Riga³⁾ etc. aussbracht, sein wir mit gnaden danckbar. Wollen dasselbe ko.mt. schreyben s.l. mit der ersten vorfallenden botschaft zufertigen. Nachdem wir dan aus eingelegter copien, wes ko.mt. an die von Riga geschriben, eingenomen, so ist unser genedigs begeren, yr wollet vleiss furwenden, damit wir ein abschrift oder antwort, so von denen zu Riga darauf gefallen wirt, bekhommen mogen.

Newer zeitung wissen wir euch itziger zeit nicht mitzutheylen, ohne das man fur warhaftig sagt, das yn kurtz ein reichstag yn Romischem Reich gehalten soll werden und das kay.mt. eigener person uff zukunfftigen frolingk yhn Hungern widder den Turcken zu zihens willens, darzu wir s. kay.mt. gnad, gluck und uberwindung von dem Almechtigen hertzlichen wunschen.

Hiemit thun wir euch Christo yn seynen gnedigen schutz und schirm entpfelen genediglichs begerend, yr wollet uns ko.mt. undertheniglich

bevelen und allen wolmeynenden herrn und freunden unsern grus anmel-
den. Daran thut yr uns zu dancknemendem gefallen in gnaden zu erkhen-
nen. Datum Rangneth, ut supra.

Commissio Principis propria.
Constantinus.

- 1) *Carolus V.*
- 2) *Franciscus I.*
- 3) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

N. 2471.

E Regio Monte, 5.XII.1544.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Patzko, Ioanni Wunsam, N. Schilling, Georgio Timmel, civibus Cra-
coviensibus,
aliquot dolia varii generis vinorum et acinos uvae passae sibi mitti eorum-
que pretia indicari iubet (ad quas merces coemendas Conradum Truchsess,
coquinae suae magistrum, ad eos mittit).
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 170-170v.

N. 2472.

E Regio Monte, 5.XII.1544.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,
rogat, ut in vinis et acinis uvae passae a mercatoribus Cracoviensibus coe-
mendis coquinae suae magistro, Conrado Truchsess, adesse velit, quo
eiusmodi merces sine impedimento in Prussiam advehi possint.
(Germanice)
Cfr. El. XLIX, N. 483.
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 171-171v.

N. 2473.

E Regio Monte, 6.XII.1544.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
Georgio Plemięcki, terrae Culmensis iudici sibi commendato, libenter se per-
misisse nuntiat, ut ex Metrica sua documenta quaedam excipere posset;
Andreae a Wilmansdorff filium commendat.
(Latine)
Cfr. El. XXXVII, N. 860.
(Adest conc. Latinum, HBA, B, K. 1165).
Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 761-762.

N. 2474.

E Regio Monte, 8.XII.1544.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro Erhardo a Gröben puero, subdito suo, ad intercessionem suam praeterito tempore Ioanni Krotoski commendato et in numerum servitorum illius suscepto (apud quem inter alia et linguam Polonam ex parte didicit), gratias agit et rogat, ut eum nunc palatino Belsensi [Nicolao Sieniawski, in ms.: palatino a Pilski] commendare velit.

(Latine)

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 762-764.

N. 2475.

E Regio Monte, 9.XII.1544.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Krotoski (Crotaufsky)

pro Erhardo a Gröben, ad intercessionem Andreae a Górka in numerum servitorum eius suscepto, gratias agit et rogat, ut eum nunc a se dimittere et litteris commendatoriis proseguere velit.

(Schedula: falcones hoc anno se ei mittere non posse nuntiat).

(Latine)

(Adsunt 2 conc., Latinum et Germanicum, HBA, B, K. 1165).

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 764-766.

N 2476.

E Regio Monte, 9.XII.1544.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Sieniawski, palatino Belsensi,

rogat, ut Erhardum a Gröben in numerum servitorum suorum suscipere velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 766-768.

N. 2477.

E Regio Monte, 10.XII.1544.

Albertus dux in Prussia

Iosto Ludovico Decio, monetae regiae praefecto,

pro novis de regis senioris bona valetudine et regis iunioris eiusque consortis mutuo amore ac concordia gratias agit; ob filiae eius matrimonium (cum Ioanne Patzko initum) gaudet et gratulatur.

(Germanice)

Cfr. El. XLIX, N. 481.

Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 171v-172.

N. 2478.

E Regio Monte, 17.XII.1544.

Albertus dux in Prussia
Sebastiano Schessellfelder
litteras, Hieronymo Schurstab inscriptas, mittit et rogat, ut eas dicto
Schurstab Norimbergam perferendas curet.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 172-172v.

N. 2479.

E Regio Monte, 19.XII.1544.

Albertus dux in Prussia
Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,
Antonium Schellendorff, adolescentem, per aliquod tempus in aula sua
commoratum, commendat et rogat, ut eum inter servitores suos acci-
piat, quo res novas videre et ediscere possit («auf das er auch yhn die
seufferey nit gerathe»).
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 172v-173.

N. 2480.

E Regio Monte, 20.XII.1544.

Albertus dux in Prussia
Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,
scribit se magno cum dolore accepisse novitatem de Turcis ad expugnan-
dam Viennam se parantibus; pro duobus equis sibi missis gratias agit
et pisces dono mittit; petitam pecuniae summam ei mutuo dat; 200
boves Valachicos ad festa Pentecostes sibi mitti petit; de conditionibus,
quibus sibi servire velit, oretenus cum eo colloqui desiderat.
(Germanice)
Cfr. El. XLIX, NN. 480, 486.
Ostpr. Fol., vol. 44, ff. 173v-176v.

ELENCHUS EPISTULARUM

Nr.			Dat.
ALBERTUS DUX IN PRUSSIA			
2191	Sigismundo I regi Poloniae	Heiligenbeil (Siekierka)	25.I.1543
2202	»	Morąg (Morungen)	12.II.1543
2208	»	Ostróda (Osterode)	13.III.1543
2217	»	E Regio Monte	26.III.1543
2219	»	»	S.d., 1543
2221	»	»	S.d., 1543
2238	»	Wyszogród	6.V.1543
2260	»	E Regio Monte	6.VIII.1543
2261	»	»	6.VIII.1543
2262	»	»	6.VIII.1543
2263	»	»	6.VIII.1543
2281	»	»	20.VIII.1543
2286	»	»	24.VIII.1543
2287	»	»	27.VIII.1543.
2298	»	»	30.IX.1543
2304	»	»	11.X.1543
2305	»	»	11.X.1543.
2306 a	»	»	16.X.1543.
2314	»	»	29.X.1543
2326	»	Posnaniae	16.XI.1543
2334	»	E Regio Monte	30.XI.1543
2338	»	»	5.XII.1543
2344	»	»	22.XII.1543.
2346	»	»	28.XII.1543
2347	»	»	28.XII.1543
2359	Sigismundo I regi Poloniae et ordinibus R.P.	»	14.I.1544
2362	Sigismundo I regi Poloniae	»	14.I.1544
2375	»	»	1.II.1544
2378	»	»	20.II.1544.
2386	»	»	29.II.1544
2388	»	»	s.d. II.1544
2391	»	»	13.III.1544
2395	»	»	20.III.1544
2404	»	»	23.III.1544
2408	»	»	26.III.1544
2409	»	»	26.III.1544
2429	»	»	16.VI.1544
2431	»	»	28.6.1544

Nr.			Dat.
2441	Sigismundo I Regi Poloniae	E Regio Monte	15.VIII.1544
2443	»	»	20.VIII.1544
2457	»	»	26.X.1544
2463	»	»	20.XI.1544
2200	Sigismundo Augusto, regi Poloniae iuniori	Morąg (Morungen)	11.II.1543
2239	»	Wyszogród	6.VI.1543
2264	»	E Regio Monte	6.VIII.1543
2265	»	»	6.VIII.1543
2266	»	»	6.VIII.1543
2288	»	»	27.VIII.1543
2291	»	»	30.VIII.1543
2307	»	»	16.X.1543
2348	»	»	28.XII.1543
2373	»	»	31.I.1544
2374	»	»	31.I.1544
2387	»	»	29.II.1544
2405	»	»	23.III.1544
2415	»	»	28.IV.1544
2416	»	»	28.IV.1544
2425	»	»	31.V.1544
2433	»	»	7.VII.1544
2460	»	»	12.XI.1544
2468	»	»	23.XI.1544
2222	Aliquibus proceribus R.P.	»	s.d., 1543
2366	»	»	14.I.1544
2311	Antonio duci Vindocinensi	»	16.X.1543
2341	Aurimontano Hieronymo	»	8.XII.1543
2333	Bielewicz Georgio	»	20.XI.1543
2377	»	»	18.II.1544
2438	»	»	16.VII.1544
2294	Bielewicz Ioanni	»	13.IX.1543
2295	»	»	20.IX.1543
2302	»	»	7.X.1543
2223	Bonae reginae Poloniae	»	s.d., 1543
2240	»	Wyszogród	6.VI.1543
2267	»	E Regio Monte	6.VIII.1543
2289	»	»	27.VIII.1543
2397	»	»	22.III.1544
2201	Boner Severino	[Morąg]	11.II.1543
2369	Burggravio Cracoviensis	E Regio Monte	14.I.1544
2274	« Capitaneo in Symno »	»	6.VIII.1543
2207	Castellano Marienburgensi	Ostróda (Osterode)	12.III.1543
2379	Castellano Samogitiae (?)	E Regio Monte	20.II.1544
2437	»	»	21.VIII.1544
2370	Castellano Varsaviensi	»	25.I.1544
2277	Consulibus Caunensibus	»	11.VIII.1543
2290	Czema Fabiano	»	27.VIII.1543
2312	»	»	17.X.1543
2384	»	»	26.II.1544
2451	»	»	22.VIII.1544

Nr.					Dat.
2246	Dameraw	Wojanowski	Petro	Wyszogród	6.VI.1543
2258	»	»	»	E Regio Monte	20.VII.1543
2301	»	»	»	»	5.X.1543
2414	»	»	»	»	26.IV.1544
2427	»	»	»	Neuhausen	31.V.1544
2184	Decio	Iosto	Ludovico	Brandenburgi	10.I.1543
2185	»	»	»	»	12.I.1543
2187	»	»	»	» (cum schedula)	13.I.1543
2197	»	»	»	Heiligenbeil (Siekierka)	26.I.1543
2206	»	»	»	E Regio Monte	24.II.1543
2211	»	»	»	Ostróda (Osterode)	14.III.1543
2228	»	»	»	E Regio Monte	28.III.1543
2245	»	»	»	Wyszogród	6.VI.1543
2275	»	»	»	E Regio Monte	6.VIII.1543
2297	»	»	»	»	28.IX.1543
2313	»	»	»	»	28.X.1543
2318	»	»	»	»	7.XI.1543
2350	»	»	»	»	28.XII.1543
2357	»	»	»	»	7.I.1544
2385	»	»	»	»	26.II.1544
2456	»	»	»	»	22.X.1544
2472	»	»	»	»	5.XII.1544
2477	»	»	»	»	10.XII.1544
2444	Dominis	in	Podolia	»	20.VIII.1544
2299	Dzierzgowski	Ioanni		»	30.IX.1543
2337	»	»		»	30.IX.1543
2351	»	»		»	30.XII.1543
2393	»	»		»	15.III.1544
2255	Dzierzgowski	Nicolao		»	5.VII.1543
2382	»	»		»	26.II.1544
2292	Elisabeth	reginae	Poloniae	»	30.VIII.1543
2389	»	»	»	»	2.III.1544
2398	»	»	»	»	22.III.1544
2417	»	»	»	»	28.IV.1544
2461	»	»	»	»	16.XI.1544
2469	»	»	»	»	23.XI.1544
2413	Eustachio	Erasmo		»	24.IV.1544
2458	Fabro	aerario		»	29.X.1544
2285	Felckner	Henrico		»	20.VIII.1543
2310	Francisco	I regi	Galliae	»	16.X.1543
2342	Friderico	duci	Holsatiae	»	12.XII.1543
2403	»	»	»	»	22.III.1544
2231	Friderico	duci	Slesvicensi	Przedbórz	26.I.1543
2188	Gamrat	Petro		Zinten	16.I.1543
2235	»	»		Sochaczew	4.VI.1543
2236	»	»		»	4.VI.1543
2273	»	»		E Regio Monte	6.VIII.1543
2319	»	»		Pobiedziska	8.XI.1543
2322	»	»		»	10.XI.1543
2332	»	»		Posnaniae	18.XI.1543
2365	»	»		Laukischken	14.I.1544

Nr.			Dat.
2394	Gamrat Petro	E Regio Monte	16.III.1544
2189	Górka Andreae	Zinten	17.I.1543
2215	» »	E Regio Monte	25.III.1543
2252	» »	» »	24.VI.1543
2253	» »	» »	26.VI.1543
2257	» »	» »	20.VII.1543
2276	» »	» »	11.VIII.1543
2279	» »	» »	15.VIII.1543
2282	» »	» »	20.VIII.1543
2293	» »	» »	1.IX.1543
2308	» »	» »	16.X.1543
2321	» »	Torunia	8.XI.1543
2323	» »	Pobiedziska	10.XI.1543
2325	» »	»	11.XI.1543
2331	» »	»	18.XI.1543
2343	» »	E Regio Monte	18.XII.1543
2371	» »	» »	28.I.1544
2372	» »	» »	30.I.1544
2382	» »	» »	26.II.1544
2402	» »	» »	22.III.1544
2410	» »	» »	26.III.1544
2411	» »	» »	8.IV.1544
2419	» »	Ex Insula Mariana (Kwidzyna)	5.V.1544
2436	» »	E Regio Monte	13.VII.1544
2449	» »	» »	22.VIII.1544
2455	» »	» »	9.X.1544
2462	» »	» »	19.XI.1544
2474	» »	» »	8.XII.1544
2233	Hedioni Caspari	Cracoviae	23.V.1543
2309	Henrico VIII regi Angliae	E Regio Monte	16.X.1543
2256	Hlebowicz Ioanni	» »	6.VII.1543
2379	» »	» »	20.II.1544
2210	Hosio Stanislao	Ostróda (Osterode)	13.III.1543
2284	» »	E Regio Monte	20.VIII.1543
2430	» »	» »	16.VI.1544
2432	Iacobo N.	» »	30.VI.1544
2232	Isabellae reginae Hungariae	Cracoviae	23.V.1543
2369	Iudicibus Cracoviensibus	E Regio Monte	14.I.1544
2241	Kmita Petro	Wyszogród	6.VI.1543
2434	Konarski Christophoro	E Regio Monte	8.VII.1544
2452	» »	» »	29.VIII.1544
2230	Kopytowski Petro	Neidenburgi	16.IV.1543
2234	» »	Cracoviae	25.V.1543
2248	» »	Wyszogród	8.VI.1543
2475	Krotoski Ioanni	E Regio Monte	9.XII.1544
2324	Kurtzbach Ioanni	Pobiedziska	10.XI.1543
2327	» »	»	16.XI.1543
2328	» »	»	16.XI.1543
2390	Lang Ioanni	E Regio Monte	2.III.1544
2406	Lang Georgio	» »	24.III.1544

Nr.			Dat.
2435	Łaski Ioanni	E Regio Monte	13.VII.1544
2447	Łaski Stanisłao	» »	22.VIII.1544
2383	Ławski Stanisłao	» »	26.II.1544
2228	Lehwalt Antonio	» »	28.III.1543
2249	Lewicki Ioanni	Wyszogród	8.VI.1543
2250	» »	Neidenburgi	11.VI.1543
2209	Maciejowski Samueli	Ostróda (Osterode)	13.III.1543
2226	» »	E Regio Monte	s.d., 1543
2241	» »	Wyszogród	6.VI.1543
2247	» »	»	8.VI.1543
2268	» »	E Regio Monte	6.VIII.1542
2283	» »	» »	20.VIII.1543
2315	» »	» »	29.X.1543
2320	» »	Toruniae	8.XI.1543
2335	» »	E Regio Monte	30.XI.1543
2340	» »	» »	5.XII.1543
2349	» »	» »	28.XII.1543
2355	» »	» »	4.I.1544
2382	» »	» »	26.II.1544
2396	» »	» »	20.III.1544
2420	» »	E Nova Domo (Neuhausen)	13.V.1544
2430	» »	E Regio Monte	16.VI.1544
2442	» »	» »	15.VIII.1544
2448	» »	» »	22.VIII.1544
2465	» »	» »	22.XI.1544
2380	Myszkowski Nicolao	» »	25.II.1544
2242	Niemieckowski Ioanni	Wyszogród	6.VI.1543
2271	» »	E Regio Monte	6.VIII.1543
2428	» »	Neuhausen	15.VI.1544
2186	Odrawąż Stanisłao	Brandenburgi	13.I.1543
2195	» »	Heiligenbeil (Siekierka)	26.I.1543
2196	» »	» »	26.I.1543
2199	» »	Liebstadt (Miłakowo)	1.II.1543
2203	» »	Morąg (Morungen)	12.II.1543
2204	» »	» »	12.II.1543
2216	» »	E Regio Monte	25.III.1543
2244	» »	Wyszogród	6.VI.1543
2270	» »	E Regio Monte	6.VIII.1543
2278	» »	» »	15.VIII.1543
2329	» »	Posnaniae	16.XI.1543
2345	» »	E Regio Monte	22.XII.1543
2424	» »	» »	28.V.1544
2272	Okuń Petro	» »	6.VIII.1543
2316	» »	» »	30.X.1543
2356	» »	» »	4.I.1544
2401	» »	» »	22.III.1544
2418	» »	» »	28.IV.1544
2221	Ordinibus R.P.	» »	s.d., 1543
2466	Patzko Ioanni	» »	22.XI.1544
2471	» »	» »	5.XII.1544

Nr.			Dat.
2445	Pretwicz Bernardo	E Regio Monte	20.VIII.1544
2446	» »	» »	20.VIII.1544
2467	» »	» »	22.XI.1544
2479	» »	» »	19.XII.1544
2480	» »	» »	20.XII.1544
2277	Proconsuli Caunensi	» »	11.VIII.1543
2212	Rokicki Gabrieli	Ostróda (Osterode)	15.III.1543
2251	Rosenowski Felici	Neidenburgi	14.V.1543
2376	Russocki Nicolao	Rosacken	6.II.1544
2439	» »	E Regio Monte	4.VIII.1544
2225	« Senatui Cracoviae congre- gato »	» »	s.d., 1543
2368	Senatui Cracoviensi	» »	14.I.1544
2362	Subcapitaneo Wyszogrodensi	» »	30.XII.1543
2478	Schesselfelder Sebastiano	» »	17.XII.1544
2471	Schilling N.	» »	5.XII.1544
2476	Sieniawski Nicolao	» »	9.XII.1544
2421	Srzeński Felici	Riesenburgi	14.V.1544
2254	Szafraniec Hieronymo	E Regio Monte	30.VI.1543
2303	» »	» »	9.X.1543
2422	» »	» »	22.V.1544
2213	Szymanowski Ioanni	Ostróda (Osterode)	17.III.1543
2192	Tarło Gabrieli	E Regio Monte	25.I.1543
2228	» »	» »	28.III.1543
2300	» »	» »	4.X.1543
2312	» »	» »	17.X.1543
2358	» »	Laukischken	12.I.1544
2450	» »	E Regio Monte	22.VIII.1544
2454	» »	Oletzko	2.IX.1544
2459	» »	E Regio Monte	29.X.1544
2464	» »	» »	21.XI.1544
2470	» »	Ragnetae	30.XI.1544
2193	Tarnowski Ioanni	Heiligenbeil (Siekierka)	26.I.1543
2194	» »	» »	26.I.1543
2198	» »	Liebstadt (Miłakowo)	1.II.1543
2214	» »	E Regio Monte	25.III.1543
2243	» »	Wyszogród	6.VI.1543
2269	» »	E Regio Monte	6.VIII.1543
2306	» »	» »	11.X.1543
2315	» »	» »	29.X.1543
2330	» »	Posnaniae	16.XI.1543
2336	» »	E Regio Monte	30.XI.1543
2339	» »	» »	5.XII.1543
2354	» »	» »	4.I.1544
2382	» »	» »	26.II.1544
2392	» »	» »	15.III.1544
2399	» »	» »	22.III.1544
2400	» »	» »	22.III.1544
2423	» »	Ex Nova Domo (Neuhausen)	28.V.1544

Nr.			Dat.
2426	Tarnowski Ioanni	E Regio Monte	31.V.1544
2473	» »	» »	6.XII.1544
2229	Tarnowski Spytconi	» »	10.IV.1543
2381	» »	» »	26.II.1544
2471	Timmel Georgio	» »	5.XII.1544
2259	Universis et singulis	» »	30.VII.1543
2296	Universis	» »	28.IX.1543
2440	Universis	» »	5.VIII.1544
2190	Wierzbicki Venceslao	Zinten	17.I.1543
2412	Wolski Paulo	E Regio Monte	23.IV.1544
2453	Wolski Nicolao	Oletzko	2.IX.1544
2285	Wunsam Ioanni	E Regio Monte	20.VIII.1543
2471	» »	» »	5.XII.1544

DOROTHEA DUX IN PRUSSIA:

2205	Annae duci Masoviae	Morąg (Morungen)	12.II.1543
2218	» » »	E Regio Monte	27.III.1543

CAPITANEUS THILSENSIS

2280	Kunciewicz Ioanni	» »	19.VIII.1543
------	-------------------	-----	--------------

CONSILIARII ALBERTI DUCIS IN PRUSSIA

2317	Bielewicz Georgio	» »	1.XI.1543
2237	Orwid Matthiae	» »	5.VI.1543

KREITZEN IOANNES, A

2407	Srzeński Felici	» »	25.III.1544
------	-----------------	-----	-------------

ORDINES ET CIVITATES DUC. PRUSSIAE:

2220	Sigismundo I regi Poloniae	E Regio Monte	s.d., 1543
2221	» » »	» »	s.d., 1543
	et ordinibus R.P.		
2224	Statibus et ordinibus R.P.	» »	s.d., 1543
2227	Odrowąż Stanislao	» »	s.d., 1543
2353	Sigismundo I regi Poloniae	» »	4.I.1544
2359	» » »	» »	14.I.1544
	et ordinibus R.P.		
2360	Sigismundo I regi Poloniae	» »	14.I.1544
2361	» » »	» »	14.I.1544
	et ordinibus R.P.		
2364	Sigismundo Augusto	» »	14.I.1544
	Regi Poloniae iuniori		
2363	Bonae reginae Poloniae	» »	14.I.1544

PRAELATI, BARONES, EQUESTER ORDO, CONSULES, DUCATUS PRUSSIAE

2367	Kościelecki Stanislao	E Regio Monte	14.I.1544
------	-----------------------	---------------	-----------

Epistulis NN. 2187 2253 2268 adiunctae sunt schedulae.

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

Hoc in Indice nulla ratio habita est nominum propriorum in Introductione occurrentium. Numeri ad paginas, non ad numeros documentorum remittunt.

A

ABRAHAMUS Culvensis (Kulwieć), doctor Lithuanus, 4, 65.
 ACHSNICHT (Achtsnit) Hieronymus, civis Antiquae Civitatis Regiomontanae, 154.
 AICHNER (Eychner) Bernardus, civis Riesenburgensis, 62.
 ALBENSIS *v.* Verancsics.
 ALBERTUS dux in Prussia, *passim*.
 ANDREAS SAMUEL, theologiae doctor, 81-3.
 ANDRYSZEWO (Andrissewo), bona, 116.
 ANGLIA, 71.
 ANHALT Vincentius, civis Gedanensis, 14, 15.
 ANNA dux Iuliacensis, uxor Henrici VIII regis Angliae, 71.
 ANNA dux Masoviae *v.* Odrowąż Anna.
 ANNA, vidua Ioannis Feierabent, uxor Stephani Clausen, 63.
 ANNA SOPHIA, filia ducis Alberti, 121-2.
 ANTIQUA CIVITAS REGIOMONTANA (Königsberg Altstadt), 154.
 ANTONIUS dux Vindocinensis (de Vendôme), 71.
 ARGENTINENSIS, 24.
 AUGUSTA (Augsburg), 50.
 AURIMONTANUS (Gürtler) Hieronymus, 92.

B

BADWITIUM *v.* Pobiedziska.
 BARENSIS, 158, 169, 173.
 BEHEMEN *v.* Bohemia.
 BELSENSIS (Pilski), 172.
 BIBERACH Burchardus, a, abbas Ursbergensis, 24.

BIECENSIS, 13.
 BIECHOVIENSIS, 113, 155.
 BIELEWICZ Georgius, cap. Samogitiae, tenutarius Plotelensis, 76, 84, 113, 154.
 BIELEWICZ Stankiewicz Ioannes, gubernator Samogitiae, 63, 65.
 BLUM (Plum) Ioannes, civis Gedanensis, 76, 126.
 BOHEMIA (Behemen), Bohemicus, (Bohemisch), 62, 95-6, 105.
 BONA regina Poloniae, 27, 40, 59, 129, 162.
 BONER Severinus, cast. Biecensis, 13.
 BOTHNER (Botner) Bernardus, civis Regiomontanus, 52, 54-5.
 BOWIDISCI *v.* Pobiedziska.
 BRADENBURGUM (Brandenburg, Brandenburgk), Brandenburgensis, 3-5, 71, 96, 111, 121, 147, 171.
 BRANDT Assuerus, consil. et orator ducis Alberti, 63, 115.
 BRANDT Martinus, civis Posnanien-sis, 81, 112-13, 148.
 BRENICENSIS *v.* Brigensis.
 BRESTA (Brześć, Brzessie, Brzeszcze) in Lithuania, 166, 168.
 BRETTSCHEIDER Ioannes, medicus ducis Alberti, 113.
 BRIGENSIS (Brenicensis), 77-8.
 BRUNSART Georgius, consil. ducis Alberti, 63.
 BRZEŚĆ, BRZESZCZE, BRZESSIE *v.* Bresta.
 BUBWICIUM *v.* Pobiedziska.
 BURGUNDII (Burgundiones), 36-7, 73-5, 101-4, 134.

C

CANNACHER *v.* Kannacher.
 CAPITOWSKI *v.* Kopytowski.

CAROLUS V imperator, 36-7, 55-6, 74-5, 85-7, 89-92, 95, 101-7, 115, 117-19, 121-2, 127-8, 135, 149, 154, 164, 170-1.
 CAUNA (Cawnium), Caunensis, 12, 51, 139, 151, 156.
 CAYMEN *v.* Kaymen.
 CHECINENSIS, 32.
 CHIUSA all'Isarco *v.* Klausen.
 CHRISTIANA RESPUBLICA (Christianitas, Christianus Orbis, Christenheit, Cristenheit), 36-7, 72, 75, 83, 86-8, 90, 95, 97, 101, 103, 127, 133-4, 146-8, 160.
 CHRISTIANUS II (Christiernus) rex Daniae, 74, 118.
 CHRISTIANUS III rex Daniae, 5, 18, 19, 36-7, 73-5, 85, 89-92, 101, 104-5, 118-19, 127-8, 134-5, 153-4.
 CINTHEN *v.* Zinten.
 CLAUSEN *v.* Klausen.
 CLAUSEN Stephanus, 63.
 CLEIPODIA (Memel), Cleipodiensis, 154.
 CNEIPHOVIENSIS (Cnipaviensis), 139.
 COADIUTEN (Koczycze), villa in confinibus Samogitiae et Prussiae, 52.
 COLM *v.* Culma.
 CONNERSKY *v.* Konarski.
 CONSTANTINUS, scriba Cancellariae ducis Alberti, 31, 58, 68, 70, 78, 84, 104, 119-20, 133, 149, 171.
 COPPEN Ioannes, civis Gedanensis, 165.
 CORCZBACH *v.* Kurtzbach.
 COYN *v.* Cuiavia.
 CRACOVIA (Crackaw, Krackaw, Krakau), Cracoviensis, 3, 7, 8, 10, 11, 15, 16, 21-5, 27-8, 35, 38-9, 43-4, 46, 48-9, 52, 54-7, 59, 62, 64-5, 67, 69, 76, 81-2, 88, 91, 104, 109-10, 114, 116, 124, 131-2, 138, 143, 147, 169, 171.
 CRAMER (Cromer) Christophorus senior, 52, 54-5.
 CRAMER (Cromer) Christophorus iunior, 52, 54-5.
 CRAPISSKEN, locus in Prussia Ducali, 170.
 CRISTENHEIT *v.* Christiana Respublica.
 CROCKAU Matthias, civis Riesenburgensis, 142.
 CROMER *v.* Cramer.
 CROTAUFISKY *v.* Krotoski.
 CRUCIFERORUM ORDO *v.* Theutonicorum Ordo.
 CUIAVIA (Coyn), 5.
 CULMA (Colm), Culmensis, 161, 163, 171.

CULVENSIS *v.* Abrahamus Culvensis.
 CUNHEIM, CUNHEIMER *v.* Kunheim.
 CZEMA (Zemen) Achatius, cast. Gedanensis, 106-7, 109, 116, 148-9.
 CZEMA (Zceme) Fabianus, succemariarius Pomeraniae, 62, 71, 116, 161.
 CZERVENSIS (Czernensis), 29, 30.
 CZOCHOZOWA *v.* Sochaczew.

D

DALMATA *v.* Tranquillus.
 DAMERAW Wojanowski (von Woy-naw) Petrus, aulicus regius, 29, 33, 40, 65, 112, 139, 143, 147.
 DANIA (Dennemargk, Dennemark), Dani, Danicus, 5, 18, 36-7, 73-5, 84-5, 87, 89-92, 101-4, 106, 117-18, 127-8, 132, 134, 136-7, 153-4.
 DANUBIUS, fl., 146.
 DECIUS (Detius, Dietz) Iostus Ludovicus (Jobst Ludwig), secr. regius, monetariae regiae praefectus, 3, 4, 10, 14, 15, 22, 24, 28, 49, 50, 64, 72, 76, 98, 107, 117, 162-3, 171-2.
 DECKOLBERG *v.* Kolberg.
 DENNEMARGK, DENNEMARK *v.* Dania.
 DIETZ *v.* Decius.
 DOMAŃSKI (Domansky) Stanislaus, nob., 3.
 DOROTHEA dux in Prussia, uxor ducis Alberti, 19, 121-2.
 DZIADUSKI Stanislaus, telonei Posnaniensis praefectus, 79.
 DZIERZGOWSKI (Dzierkowski) Ioannes, cap. Varsaviensis, 64, 89, 98, 126.
 DZIERZGOWSKI Nicolaus, ep. Vladislaviensis, 32, 116.

E

EINBECK (Embeck, Embeccensis civitas), 66.
 ELISABETH Austriaca, regina Poloniae, 45, 62, 75, 131, 136, 140, 165, 169.
 EMBECK, EMBECCENSIS *v.* Einbeck.
 ENTFELDER (vel Intfelder) Christianus, scriba Cancellariae ducis Alberti, 19-21.
 ERASMUS EUSTACHIUS, can. Vilnensis, teloneator Caunensis, 139.
 ERHARDUS H., secr. Cancellariae ducis Alberti, 11.

ESTICHEN Ioannes, civis Torunien-
sis, 94.
ETSCHLAND (Eytzschlandt, terra ad
Atesim fluvium), 62.
EYCHNER *v.* Aichner.
EYTZSCHLANDT *v.* Etschland.

F

FALCKNER *v.* Felckner.
FEIERABENT (Feyerabent) Ioannes,
civis Regiomontanus, 63.
FELCKNER (vel Falckner) Henricus,
civis Posnaniensis, 55.
FERDINANDUS I rex Romanorum, 23-
4, 62, 74, 95-7, 102-5, 118-19, 122,
127-8, 148-9.
FEYERABENT *v.* Feierabent.
FRANCISCUS I rex Galliae, 7, 8, 71,
170-1.
FRANKREICH *v.* Gallia.
FREUDENTHAL (Bruntál), opp. in Si-
lesia, 72.
FRIDERICUS II comes palatinus Rhe-
ni, 74, 101, 118.
FRIDERICUS dux Holsatiae, 93, 134.
FRIDERICUS II dux Legnicensis et
Brigensis, 33, 70, 72, 76-80.
FRIDERICUS dux Slesvicensis, 22.

G

GALLIA (Franckreich), 7, 71, 144, 149,
170.
GAMRAT Petrus, archiep. Gnesnensis
et ep. Cracoviensis, 6, 26, 46, 76-7,
81, 109, 112-13, 126.
GEDANUM, Gedanensis, 11, 14, 15, 38,
41-2, 46-7, 53, 69, 70, 76, 94, 98, 109,
126, 136, 148-9, 152, 165.
GELEWALT Georgius, subditus ducis
Alberti, 13.
GEORGIUS marchio Brandenburg-
sis, 111, 120-22.
GERMANIA, Germani, Germanicus, 10,
18, 19, 25, 36, 55-6, 82, 86, 89-91,
125, 129, 131, 147.
GERMANIA INFERIOR (Niderlandt, Nie-
derlande), 72, 102.
GIESE Tidemannus, ep. Culmensis,
163.
GILGENAU, villa in districtu Gilgen-
burgensi, 161.
GILGENBURGENSIS districtus, 161.

GIRCHENDEIT (vel Gwerkendeit) Be-
neditus, de, subditus capitanei
Samogitiae, 155.
GLIEBOWITZ *v.* Hlebowicz.
GNESNA, Gnesnensis, 6, 26, 46, 76-81,
109, 112, 126.
GÓRKA (comes de Gorckau, Gorckaw)
Andreas, a. cast. Posnaniensis,
Maioris Poloniae cap. generalis, 6,
12, 18, 28, 30, 31, 33, 50, 51, 53,
62, 70, 77-81, 93, 111, 116, 132-3,
138-9, 141, 153, 155, 160, 162, 166,
172.
GÓRKA Lucas, a. ep. Vladislaviensis, 6.
GRABOWSKI *v.* Ławski.
GRAN *v.* Strigonium.
GRÖBEN Erhardus, puer, subditus du-
cis Alberti, 33, 172.
GROLOCK Iacobus, civis Regiomonta-
nus, 114.
GULIELMUS marchio Brandenburg-
sis, archiepiscopus Rigensis, 170-
71.
GÜRTLER *v.* Aurimontanus.
GWERKENDEIT *v.* Girkhendeit.

H

HACK Albertus, secr. et scriba Can-
cellariae ducis Alberti, 73.
HANKOW Henricus, civis Gedan-
sis, 14, 15.
HASSIA (Hessen), 96.
HAUBITZ (Haubitius) Christophorus,
nob. adolescens, subditus ducis
Alberti, 13, 14, 18, 19.
HEDIO Caspar, doctor Argentinensis,
24, 162-3.
HEILIGENBEIL *v.* Siekierka.
HENRICUS VIII rex Angliae, 71.
HERBERSTEIN Sigismundus, ab, 162-3.
HERMENSORFF Martinus, civis Re-
giomontanus, 94, 98.
HERMENSORFF vidua, 98.
HERMENSORFFIANA causa, 66.
HESSEN *v.* Hassia.
HEUSCHITZ Georgius, adolescens Li-
thuanus, 32.
HLEBOWICZ (Glielowitz, Hlybowitz)
Ioannes, pal. Vilnensis, 32, 63, 114.
HOHENSTEIN, HOHENSTEINENSIS *v.*
Olsztynek.
HOLLANDICUS, 33.
HOLSATIA (Holstein), 93, 134, 136-7.
HORN Bartholomaeus, servitor du-
cis Alberti, 110.
HORN Petrus, servitor ducis Alber-
ti, 139.

HOSIUS Stanislaus, can. Cracoviensis, 14, 15, 126, 150.
 HUNGARIA (Hungern, Ungaria, Ungern), Hungaricus, 5, 23, 62, 68, 72-3, 95, 124, 129, 131, 144, 149, 169-70.

I

IACOBUS N., scultetus civitatis Cauenensis, 151.
 IAROSLAVIA (Jarosław), 51.
 INSTERBURGUM (Insterburg, Insterburgk), Insterburgensis, arx in Prussia Ducali, 48, 57, 59-61, 63.
 INSULA MARIANA (Kwidzyń, Marienwerder), arx in Pomesania, 141.
 INTFELDER v. Entfelder.
 IOACHIMUS (Joachym), marchio Brandenburgensis, 95-6.
 IOACHIMUS (Joachim), scriba Cancellariae ducis Alberti, 24-5, 36-7, 39, 44-5, 53-4, 87-8, 90, 92-3, 107, 128-30, 132, 135, 151, 157.
 IOANNES, baccalaurearius Posnaniensis, 81, 84.
 IOANNES rex Hungariae, 149.
 IOANNES Chrysostomus, s., 24.
 IOANNES FRIDERICUS elector Saxoniae, 62, 96-7.
 IOANNES SIGISMUNDUS, filius Ioannis regis Hungariae, 23-4.
 ISABELLA regina Hungariae, 23.
 ITALICUS, 144.
 IUDAEI, 76, 126.
 IULIACENSES duces, 71.

J

JAROSŁAW v. Iaroslavia.
 JOACHIM, JOACHYM v. Ioachimus.
 JOBST LUDWIG v. Decius Iostus Ludovicus
 JURBOGENSIS, 52.

K

KAMPEN, opp. in Germania Inferiore, 36.
 KANNACHER (Cannacher) Martinus, burggravius Regiomontanus, 113.
 KAYMEN (Caymen), opp. in Prussia Ducali, 63.

KESSELSDORFF Martinus, servitor Georgii Polentz, episcopi Sambiensis, 111.
 KETTING (Kettingk, Kotting) Lucas, civis Gedanensis, 52-5, 94, 98, 149.
 KEUTHER Iacobus, civis Regiomontanus, 141.
 KIERSKI Michael, 30.
 KIETLIŃSKI (Kyetlinsky) Ioannes, 66.
 KLAUSEN (Clausen, Chiusa all'Isarco), opp. in Tyrolo, 62.
 KMITA Petrus, pal. Cracoviensis, R.P. supremus marscalcus, 27.
 KOCZYCE v. Coadiuten.
 KOLBERG Ioannes, a (Deckolberg), silvarum ducis Alberti administrator, 151.
 KONARSKI (Connersky, Konertzky) Christophorus, «agens» ducis Alberti, 152, 161.
 KÖNIGSBERG, KONIGSPERCK, KONIGSPERGK v. Regius Mons.
 KONOPACKI Georgius, pal. Pomeraniae, 109.
 KOPYTOWSKI (Capitowsky) Petrus, cap. Wyszogrodensis, 22, 25, 29.
 KOŚCIELECKI (Kotzieletzki) Stanislaus, pal. Posnaniensis, 110.
 KOTTING (Kottingk) Melchior, scriba Cancellariae ducis Alberti, 37, 42, 47, 49, 56, 61, 105, 113, 115.
 KRACKAW, KRAUCKAU v. Cracovia.
 KREITZEN Ioannes, a, can. ducis Alberti, 81, 108-10.
 KROTOSKI (Crotaufsky) Ioannes, 172.
 KRUSEL Georgius, subditus capitanei Samogitiae, 84.
 KULWIEĆ v. Abrahamus Culvensis.
 KUNCEWICZ Ioannes, can. Jurborgensis (Georgenburgensis), 52.
 KUNHEIM (Cunheim, Cunheimer) Georgius, a, cap. Tapiensis, 5, 45, 107, 132, 140.
 KUNHEIM Volmarus, a, filius Georgii, 132, 140, 141.
 KURTZBACH (Corczbach) Ioannes, praepositus Plocensis et decanus Gnesnensis, 79, 80.
 KWIDZYŃ v. Insula Mariana.
 KYETLINSKY v. Kietliński.

L

LANG (Langus) Georgius, doctor, 136.
 LANG Ioannes, doctor, 123.

LATALSKI Ioannes (Ianussius), pal. Posnaniensis, 110.
 LAUKISCHKEN, locus in Prussia Ducali, 108-9.
 LEBALT *v.* Lehwalt.
 LEGNICA (Liegnitz), Legnicensis (Liegnicensis), opp. et ducatus in Silesia, 33, 70, 72, 76-80.
 LEHENDORFF Caspar, a, cubicularius ducis Alberti, 152.
 LEHWALT (Lehwaldt, Lebalt) Antonius, coquinae ducis Alberti magister, 22, 70, 77, 158.
 LEHWALT (Lehwaldt, Leopaldt) Iob, servitor Bernardi Pretwicz, 158.
 LEŚNIEWSKI *v.* Liessetzky.
 LEWICKI IOANNES, abbas Czervensis, 29, 30.
 LIEBSTADT *v.* Miłakowo.
 LIEGNITZ *v.* Legnica.
 LIESSETZKY (Leśniewski?) Ioannes, 23.
 LIGNICENSIS *v.* Legnica.
 LINDEN Nicolaus, a, civis Torunien-sis, 94.
 LITHUANIA (Littauen), Lithuanus, Lithuanicus, 6, 19, 26, 32-3, 46, 48, 56-63, 69, 76, 117-19, 137, 156-7, 159-61, 165-9.
 LIVONIA, Livonienses, 18, 19.
 LUBECA, 19.
 LUDOVICUS rex Hungariae, 124.
 LUSITANIA (Portugallia), 144.

L

ŁASKI Ioannes, praepositus, 49, 50, 152.
 ŁASKI Stanislaus, pal. Siradiensis, 159.
 ŁAWSKI (alias Grabowski) Stanislaus, vexillifer Varsaviensis, 116.

M

MACIEJOWSKI Samuel, ep. Plocensis, R.P. vicecancellarius, 12, 14, 15, 21, 27, 29, 41, 54, 75, 77, 87, 92, 98, 106, 116, 126, 128, 141, 150, 152, 154, 156, 159, 168.
 MAGNA OPATÓW (Magna Opaten), 104.
 MAIOR POLONIA *v.* Polonia Maior.
 MALAUKEN *v.* Matlaucken.
 MARAUN Catharina, vidua, 52, 54-5, 149, 150.
 MARAUN Conradus, civis Gedanensis, 41-3.

MARAUN (Maraunus) senior, 52, 54-5.
 MARIA regina Hungariae, gubernatrix Inferioris Germaniae, 74, 102, 106.
 MARIENBURGENSIS, 14, 128.
 MARIENWERDER *v.* Insula Mariana.
 MASOVIA (Mazovia), 14, 19, 59, 60, 69, 98, 123, 126.
 MATLAUCKEN (Malauken), locus in Prussia Ducali, 48, 61.
 MAURITIUS elector Saxoniae, 96-7, 138, 141.
 MAXIMILIANUS I imperator, 144.
 MAZOVIA *v.* Masovia.
 MEMEL *v.* Cleipodia.
 MERHENN *v.* Moravia.
 MEWHES (Mewchs) Laurentius, consil. ducis Alberti, 19-21.
 MEYLE Georgius, civis Caunensis, 151.
 MIŁAKOWO (Liebstadt), opp. in Prussia Ducali, 11, 12.
 MISKOWFSKI *v.* Myszkowski.
 MORAG (Mohrunge, Morungen), opp. in Prussia Ducali, 12-14.
 MORAVIA (Merhenn), 96.
 MOSCOVIA (Muschka, Muschkaw), Moscovitae (Muschkawitter), 136-7, 144.
 MUSCHKA, MUSCHKAW, MUSCHKAWITTER *v.* Moscovia
 MYSZKOWSKI (Miskavfskorum) familia, 114.
 MYSZKOWSKI (Miskowski) Nicolaus, dapifer Cracoviensis, 114.

N

NEIDENBURGUM (Nidzica), opp. in Prussia Ducali, 22, 30.
 NEOPOLOMICE *v.* Niepołomice.
 NEUHAUSEN (Newenhaus, Nova Domus), opp. in Sambia, 26, 76, 141-2, 147-9, 165.
 NEUNBURG (Neunburgk), opp. in Palatinatu, 96.
 NEWENHAUS *v.* Neuhausen.
 NIDZICA *v.* Neidenburgum.
 NIEDERLANDE, NIDERLANDT *v.* Germania Inferior.
 NIEMIECZKOWSKI (Niemyeczkoſsky) Ioannes, secr. Ioannis Tarnowski, 27, 45, 81, 148.
 NIEPOŁOMICE (Neopolomice), 73.
 NORIMBERGA (Nürnberg), 173.
 NOVA DOMUS *v.* Neuhausen.
 NÜRNBERG *v.* Norimberga.

O

- OCKHAN *v.* Okuń.
 ODROWĄŻ Anna, nata dux Masoviae, uxor Stanislai Odrowąż, 14, 19.
 ODROWĄŻ (Odrowasch) Stanislaus, de Sprowa, pal. Russiae, 3, 9, 12-14, 18, 19, 28, 44, 51, 80, 94, 143.
 OELSNITZ (Olschinitz, von der Olssnitz) Fridericus, ab, cap. Hohensteinensis, marsc. ducis Alberti, 40, 64, 81, 89, 98.
 OKUŃ (Ockhan) Petrus, magister curiae reginae Poloniae iunioris, 45, 75, 107, 132, 140-1.
 OLESSKO, pagus, 57.
 OLETZKO, opp. in Prussia Ducali, 162.
 OLITA, opp. in Lithuania, 108.
 OLSE Arnaldus, subditus ducis Alberti, 51.
 OLSZTYNEK (Hohenstein), Hohensteinensis, opp. in Prussia Ducali, 30.
 OLSZYNY (Olschinium), pagus, 30.
 ORESUNDIUM (Oresund, Orsunt, Sunth), fretum, 37, 102.
 ORWID (Orwicz) Matthias, burggravius Plotelensis, 26.
 OSIEK (Osick), opp. Ioannis Tarnowski, 43, 67.
 OSTRÓDA (Osterode), opp. in Prussia Ducali, 14-16.

P

- PADWITZKY *v.* Pobiedziska.
 PANNONIA, 124.
 PATZKO Ioannes, civis Cracoviensis, 169, 171-2.
 PAULUS III papa, 7, 8.
 PELCKEN Ioannes, a, civis Gedanensis, 152.
 PETRICOVIA (Petracovia, Petrocqvia, Petterkaw), Petricoviensis, 108-10, 114, 116-18, 126, 128-9, 131-4, 137, 144.
 PETTERKAW *v.* Petricovia.
 PHILIPPUS landgravius Hassiae, 96-7.
 PIESKOWA SKAŁA *v.* Szafraniec.
 PILSKI *v.* Belsensis.
 PLATE Ioannes, civis Cneiphoviensis, 139.
 PLEMIĘCKI Georgius, iudex terrae Culmensis, 171.

- PLOCENSIS, 12, 15, 21, 27, 29, 41, 46, 54, 75, 77, 79, 80, 87, 92, 98, 106, 116, 126, 128, 136, 141-2, 150, 152, 154, 156, 159, 168.
 PŁOTELE, Plotelensis, opp. in Samogitia, 26, 76, 113, 154.
 POBIEDZISKA (Badwitium, Bowidisci, Bubwicium, Padwitzky, Podiewisky, Pudewitz), opp. in Polonia Maiore, 76-81.
 PODOLIA, 158.
 PODWOYSKI Petrus, scultetus pagi Olessko, 57.
 POLENTZ (Polenz) Georgius, ep. Sambiensis, 98-9, 111, 123-4, 126.
 POLICKI Ioannes, servitor ducis Alberti, 7.
 POLKEIN Valentinus, civis Regiomontanus, 141.
 POLONIA, *passim*.
 POLONIA MAIOR, 6, 18, 31, 50, 51, 53, 62, 70, 77, 81, 111, 132, 138-9, 141, 153, 160, 162, 166, 172.
 POMERANIA, 62, 109, 116, 161.
 PORTUGALLIA *v.* Lusitania.
 POSNANIA (Posen, Possen), Posnaniensis (Posnensis), 6, 18, 30, 31, 33, 50, 51, 53, 62, 70, 76-84, 93, 110-12, 116, 132-3, 138-9, 141, 148, 153, 155-6, 160, 162, 165-6, 172.
 PRABUTY *v.* Riesenburgum.
 PRETWICZ (Brettwitz) Bernardus, cap. Barenensis, 158, 169, 173.
 PRISSIBOROFFSKI *v.* Przyborowski.
 PRUSSIA, PREUSSEN, *passim*.
 PRZEDBÓRZ, 22.
 PRZYBOROWSKI (Prissiboroffski, Przyborawsky) Christophorus, servitor Georgii Polentz, episcopi Sambiensis, 64, 89, 98-9, 111, 123, 126.
 PUDEWITZ *v.* Pobiedziska.

Q

- QUIRNAWITZ, QUIRNEWITZUM *v.* Skierniewice.

R

- RAGNETA (Rangneth), arx in Prussia Ducali, 161, 170, 171.
 RANISCH Thomas, 63.
 RATISBONENSIS (Ratisponensis), 56.

RAUTHER (Rautter) Ioannes, consil.
et orator ducis Alberti, 19-21, 108-10.
REGIUS MONS (Königsberg, Königsperck, Königspergk), Regiomontanus, 8, 14, 16-22, 26, 30-33, 36-56, 58-9, 61-73, 75-6, 84, 87-95, 97-9, 101, 104-17, 119-20, 122-6, 128-36, 138-43, 147, 149-56, 158-69, 171-3.
RHENUS, fl., 101, 118.
RICHTER Michael Georgii, iudex Cauenensis, 12, 13.
RIESENBURGUM (Prabuty), Riesenburgensis, 62, 142.
RIGA, Rigensis, 170.
RIPPEN Andreas, cap. in Kaymen, 63.
ROCHOZOWA v. Sochaczew.
ROKICKI Gabriel, 15.
ROMA, Romanus, 23-4, 55, 62, 73, 95-6, 102-3, 105, 115, 117-18, 121-2, 127, 147-8, 164.
ROMANUM IMPERIUM (Römisches Reich), 37, 85, 89, 96, 102-3, 120-1, 164, 170.
ROSACKEN, locus in Prussia Ducali, 113.
ROSENOWSKI (Rożnowski?) Felix, 30.
RUDAWSKI Ioannes, de Rudowo, nob. in palatinatu Plocensi, 142.
RUSSIA, 3, 9, 12, 13, 18, 28, 46, 51, 59, 60, 69, 80, 94, 143.
RUSSOCKI Nicolaus, cast. Biechovienensis, 113, 155.
RYCHWALSKI Albertus, praedo, 50, 162.

S

SABOTZKEN v. Sobocki.
SACHSEN v. Saxonia.
SACROCZINENSIS v. Zakroczymensis.
SACROTZ, lacus, 150.
SAMBIENSIS, 98-9, 111, 123, 126.
SAMINSKY Paulus, 14.
SAMOGITIA (Samagithia, Samogithia), Samogitae, 6, 63, 65, 84, 113-14, 154, 156-7, 159.
SAMUEL v. Andreas Samuel.
SANDOMIRIENSIS, 65, 108, 161-2, 165, 167, 170.
SAPIA (alias Stapia) Alexander, alicus ducis Alberti, 158.
SAXONIA (Sachsen), 62, 96, 138, 141.
SCHACHT Bartholomaeus, subditus ducis Alberti, 84.

SCHEFFFRANSKI v. Szafraniec.
SCHELLENDORFF Antonius, adolescens, 173.
SCHESSELDORF Sebastianus, 173.
SCHIDLOWITZ v. Szydłowiecki.
SCHILLING N., civis Cracoviensis, 171.
SCHLESIIEN v. Silesia.
SCHMIDT Bartholomaeus, civis Stradaunensis, 162.
SCHURSTAB Hieronymus, secr. et scriba Cancellariae ducis Alberti, 173.
SCHUTZBAR Volfgangus, magister Ordinis Theutonicorum, 56, 102, 104, 164.
SCHWEDEN v. Suecia.
SCHWEINICHEN Georgius, consil. Frederici II ducis Legnicensis, 78.
SECLUCIANUS (Seclutianus) Ioannes, minister verbi, 112.
SEEREN Stasky, de, molitor, subditus ducis Alberti, 15.
SIEKIERKA (Heiligenbeil), opp. in Prussia Ducali, 7-11.
SIGISMUNDUS I rex Poloniae, *passim*.
SIGISMUNDUS Augustus rex Poloniae iunior, *passim*.
SIENIAWSKI Nicolaus, pal. Belsensis, 172.
SILESIA (Schlesien), 7, 10, 86.
SIMNO (Symno, Szimno, Szymno), bona reginae Bonae, 48, 56-61, 63.
SIMONOWSKI v. Szymanowski.
SIRADIENSIS, 159.
SKIERNIEWICE (Quirnowitz, Quirnewitzum), Skierniewicensis, opp. archiepiscoporum Gnesnensium, 16, 26.
SLESVICENSIS, 22.
SOBOCKI (Sabotzken) Thomas, secr. regius, 5.
SOCHACZEW (Czochozowa, Rochozowa, Zoczetz), 16, 26.
SOLDAVIENSIS, 30.
SOLIMANUS II imperator Turcarum, 96, 125.
SPIRA (Speyer), Spirensis, 89-91, 103, 117-18, 163-4.
SPROWA v. Odrowąż.
SRZEŃSKI Felix, pal. Plocensis, 136, 142.
STANKIEWICZ BIELEWICZ v. Bielewicz Ioannes.
STAPIA v. Sapia.
STORCH Henricus, consul Posnanienensis, 79, 155-6.
STRADAUNENSIS, 162.

STRECKFUSS Ioachimus, senator V-
teris Civitatis Regiomontanae,
108-10.

STRIGONIUM (Gran), 72.

SUDZEYKOWITZ Georgius, subditus
ducis Alberti, 57.

SUECIA (Suetia, Schweden), 136-7.

SUNTH *v.* Oresundium.

SYMNO *v.* Simno.

SZAFRANIEC (Schefffranski) Hierony-
mus, de Pieskowa Skała, cap. Chę-
cinensis, 32, 66, 142.

SZAFRANIEC Nicolaus, filius Hiero-
nymi, 142.

SZIMNO *v.* Simno.

SZUKOWICZ Nicolaus, 114.

SZYDŁOWIECKI (von Schidlowitz)
Christophorus, R.P. canc., 137-8.

SZYMANOWSKI (Simonowsky) Ioan-
nes, 16, 26.

SZYMNO *v.* Simno.

T

TAPIENSIS, 45, 140.

TARŁO (Terlau, Terlaw, Terle, Tharla,
Tharlaw, Tharle) Gabriel, vexilli-
fer Sandomiriensis, 5, 7, 22, 65, 71,
108, 161-2, 165, 167, 170.

TARNOWSKI (comes de Tarnau, Thar-
nau, Tharnaw, Tharnow) Ioannes,
cast. Cracoviensis, exercituum
R.P. cap. generalis, 8, 9, 11, 12, 16,
27-8, 43, 45, 67, 75, 81, 88, 91, 93,
104, 116, 124-5, 131-2, 143, 147-9, 171.

TARNOWSKI Spytco, R.P. thesaura-
rius, 14, 22, 115.

TARTARI (Tatern, Tattern), 7, 10, 144.

TERLAW, TERLAU, TERLE *v.* Tarło.

THARLA, THARLAW, THARLE *v.* Tarło.

THARNAU, THARNAW, THARNOW *v.* Tar-
nowski Ioannes.

THEUTONICORUM (Teutonicorum, Cru-
ciferorum) Ordo, 56, 74, 103, 164.

THILSENSIS, 52.

TIMMEL Georgius, civis Cracovien-
sis, 171.

TORUNIA, Toruniensis, 77, 94.

TRANQUILLUS Andronicus, Dalmata,
secr. Ioannis regis Hungariae,
148-9.

TRUCHSESS Conradus, nob. adole-
scens, 139-40, 143, 148, 171.

TURCAE (Turci, die Turcken), Turci-
cus (Turckisch), 7, 10, 23, 31, 50,
62, 67-8, 72, 74-5, 94-7, 102, 120, 125,
129, 131, 143-6, 148, 158, 170, 173.

TZINTHEN *v.* Zinten.

U

UJAZD (Ugiast), 16.

UNGARIA, UNGERN *v.* Hungaria.

URSBERGENSIS (Urspergensis), 24.

V

VALACHI (Walachi, die Wallachen),
7, 10, 144, 173.

VARSAVIA (Warschovia, Warsovia,
Warzovia), Varsaviensis, 64, 89,
98-9, 111, 116, 123, 126, 148.

VENDÔME *v.* Antonius dux Vindoci-
nensis.

VERANCICS (Verančić) Antonius,
praefectus Albensis, 23-4.

VIENNA (Wien), 173.

VILNA (die Wild), Vilmensis, 32, 63,
82, 114, 139, 168, 170.

VISTULA, fl., 22, 25.

VLADISLAVIENSIS, 6, 32, 116.

VOIGT (Vogt) Andreas, subditus du-
cis Alberti, 165.

VOIGT (Vogt) Bartholomaeus, civis
Regiomontanus, 141.

VORMATIA (Wormatia, Worms), 84-5.

VRATISLAVIA, Vratislaviensis (Wrat-
islaviensis), 30, 31, 50, 51, 155, 160,
166.

W

WAGENSCHOSS *v.* Wąsosz.

WALACHI, WALLACHEN *v.* Valachi.

WALPORST *v.* Wolbórz.

WARSCHOVIA, WARSOVIA, WARZOVIA *v.*
Varsavia.

WĄSOSZ (Wagenschoss), 162.

WERDEN Ioannes, de, burggravius et
consul Gedanensis, 47, 109.

WIELAWIEŚ (Wielawiss, Wielawitz),
84, 87.

WIEN *v.* Vienna.

WIERZBICKI Venceslaus, ep. Samo-
gitiae, 6.

WIESENER Valentinus, ducis Alberti
stabuli magister, 6.

WILD *v.* Vilna.

WILKERAW, fluvius, 150.

WILMESDORFF (Wilmansdorff) An-
dreas, a, consil. ducis Alberti, 19-
21, 171.

WISCHEGRADIUM, WISCHEGRADUM, WISCHERAT *v.* Wyszogród.

WŁADYSZEWSKI, nob. in palatinatu Plocensi, 142.

WOJANOWSKI *v.* Dameraw.

WOLBÓRZ (Walporst), 16, 32.

WOLSKI Nicolaus, reginae Bonae curiae magister, 162.

WOLSKI Paulus, R.P. cancellarius, 126, 139.

WORMATIA, WORMS *v.* Vormatia.

WOYS Ioannes, mercator Hollandicus, 33.

WOYNAW *v.* Dameraw.

WRATISLAVIENSIS *v.* Vratislaviensis.

WUNSAM Ioannes, civis Cracoviensis, 55, 171.

WYSZOGRÓD (Wischegradium, Wischegradum, Wischerat), Wyszogrodensis, 16, 22, 25-9, 34, 99.

Z

ZAKROCZYMENSIS (Sacroczinensis) arx, 123.

ZCEME, ZEMEN *v.* Czema.

ZINTEN (Cinthen, Tzinthen), opp. in Prussia Ducali, 6.

ZOCZETZ *v.* Sochaczew.

FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694
NEL MESE DI LUGLIO 1984

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (cont.)

- XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., 1965.
- XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., 1966.
- XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab., 1966.
- XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab., 1967.
- XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab., 1968.
- XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars., Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab., 1968.
- XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696), 4 tab., pp. VI+324, 1969.
- XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1491-1696), 2 tab., pp. VIII+262, 1970.
- XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc 183 (A.D. 1535-1588), pp. VIII+210, 2 tab., 1970.
- XXIII — A *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772), B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588), Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, p. 297, 2 tab., 1970.
- XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564), pp. VIII+301, 4 tab., 1971.
- XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 78 doc. (A.D. 1563-1572), 6 tab., pp. VIII+248, 1971.
- XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589), 4 tab., pp. VIII+320, 1972.
- XXVII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.
- XXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, I pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., pp. XV+259, 1973.
- XXXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., pp. IX+241, 1974.
- XXXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 855-1237 (A.D. 1563-1572), 10 tab., pp. VIII+268, 1974.
- XXXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 140 doc. (A.D. 1632-1699), 5 tab., pp. X+20, 1974.
- XXXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-212 (A.D. 1525-1530), 6 tab., pp. XVI+230, 1975.
- XXXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 213-551 (A.D. 1531-1537), 3 tab., pp. X+228, 1975.
- XXXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 552-761 (A.D. 1538-1542), 3 tab., pp. VIII+227, 1975.
- XXXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 762-1501 (A.D. 1543-47), 4 tab., pp. VIII+256, 1976.

- XXXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1052-1215 (A.D. 1548-49), 6 tab., pp. XII+206, 1976.
- XXXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IX pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1216-1424 (A.D. 1550-53), 4 tab., pp. VIII+226, 1976.
- XL — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, X pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1425-1724 (A.D. 1554-1559), 3 tab., pp. X+226, 1976.
- XLI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1725-2009 (A.D. 1560-1566), 4 tab., pp. VIII+226, 1977.
- XLII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 2010-2220 (A.D. 1567-1572), 4 tab., 1977; pp. X+196, 1977.
- XLIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-269 (A.D. 1534-1565), 4 tab., pp. VIII+228, 1978.
- XLIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-156 (A.D. 1546-1567), 3 tab., pp. VIII+190, 1978.
- XLV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XV pars., Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-197 (A.D. 1525-1572), 6 tab., pp. X+192, 1977.
- XLVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1-172 (A.D. 1525-1535), 4 tab., pp. X+188, 1979.
- XLVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 173-302 (A.D. 1536-1538), 4 tab., pp. VIII+213, 1979.
- XLVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 303-419 (A.D. 1539-1541), pp. VIII+246, 1979.
- XLIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIX pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 420-526 (A.D. 1542-1548), 5 tab., pp. VIII+214, 1980.
- L — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XX pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 527-602 (A.D. 1549-1558), pp. VIII+212, 4 tab., 1980.
- LI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1-258 (A.D. 1525-1528), pp. X+196, 4 tab., 1980.
- LII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 259-676 (A.D. 1529-1531), pp. X+284, 1981.
- LIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 677-1081 (A.D. 1532-1534), 2 tab., pp. X+272, 1981.
- LIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1082-1379 (A.D. 1535-1536), pp. X+241, 1982.
- LV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1380-1587 (A.D. 1537-38), pp. VIII+190, 1982.
- LVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1588-1868 (A.D. 1539-40), pp. X+282, 1982.
- LVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1869-2183 (A.D. 1541-1542) pp. VIII+248, 1983.
- LVIII — *Documenta ex Archivo Cardinalis Ioannis Morone ad Poloniam spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, I pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1-128, (A.D. 1561-1580), pp. IX+251, 1984.
- LIX — *Documenta ex Archivo Cardinalis Ioannis Morone ad Poloniam spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1588-1868 (A.D. 1560-1579), pp. IX+300, 1984.
- LX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 2184-2480 (A.D. 1543-1544), pp. IX+195, 1984.
- LXI — *in praeparatione*

DEPOSITARII:

« International Book Distributors »
LIBRERIA
117-120, Piazza Montecitorio
00186 ROMA

Orbis (London Ltd.)
66, Kenway Road
London S.W 5

Institutum Historicum
Polonicum Romae
19, Via Virginio Orsini
00192 ROMA